



Reinb. Mors peccatorum mala, peior, pestis

Zur
Gräfl. vom Hagen'schen
Majorats - Bibliothek



MÖCKERN
gehörig

No **1370**



PAVEL DIDYMI
TORGENSIS
CARMINA SIONIA
SEU
MELETEMATA
EX EVANGELIIS DOMI-
nicalibus heroico metro com-
prehensa.

CVM PRÆFATIONE REVE-
rendi Collegij Theologici in inclita
Academia VVitebergensi.



VVITEBERGÆ
Excudebat *Matthæus VVeläck.*

Arno M. D. LXXXV.



EPIGRAMMA.

AEgyptum Didymus spoliauit Paulus, & inde
Abstulit in templum, quæ placuere, Dei,
Diuinus iuuenis : quem ni fera fata tulissent,
Quantus adhuc culto carmine, qualis erat.
Quitamen haud inter postremos fulget in alto
Noctiferi veluti stella serena poli.

Adamus Sibernus.



45. 22

78
k, 18

2431



ILLVSTRISSIMI PO-
TENTISSIMIQUE PRINCIPIS

ac Domini, Dn. AVGVSTI, Sacri Romani
Imperij Archimareschalli & Electoris &c.

Burggrauij Magdeburgensis,

FILIO,

ILLVSTRI ATQVE INCLYTO

Principi ac Domino, Dn. CHRISTIANO,
Duci Saxoniae, Landgrauio Thuringiae, Mar-
chioni Misniae, & Burggrauio Magdebur-
genfi, Domino suo clemen-
tissimo.



*lis genite, & geniture deos, his oro, benignū
Dux AVGVSTIADE Musis aduertito
numen:*

*Qui faustū es patria ditionis fidus, & heres
Virtutum; quarum famam illustrissimus astris
Terminat ecce Parens; sacri fiducia Verbi,
Iusticie columen, doctæ tutela Mineruæ,
Pacis presidium, Martis formido potentis.*

*Causa ter in promptu est, numeris cur nectere verba
Me inuuet, ac deceat: quam dat Deus, vsus, honestum.*

*Vis numerosa Dei est opus, & venerabile donum
Vt pateat, quā sit numero perfectus ab omni;
Vtq; supremus honos celebrari carmine possit.
Dona precum, & laudes persolue: operabere summo
Ecce sacris cultu. tempus quoq; perditur omne,*

A 2

Quo

P R Æ F A T I O.

Quo non est animus vel lingua in Numinis amplum
 Ingeniosa decus: quod mundi est causa creati.
 Quod si pondus habet vox, legibus edita nullis:
 Carmina, tot leges seruantia, mirius habebunt.
 Delubra hinc etiam versu, cantuq; Vetustas
 Personuit, quoties adoleret honoribus aras:
 Et Vates superis vocem cantando mouebant.
 Ac velut Abramidas opulento ioua paratu
 Sacra peracturos, deserto fraude Canopo,
 Argenti prædas auertere iussit, & auri:
 Sic, loca doctrinæ priscæ accessisse coacti
 Mente, Poëtarum spolijs, quos culta tulere
 Secla, ratem extruimus, vastum vt cū laude per aquor
 Demus Apollineo felicia vela labori.
 Namq; profana pium gaza vsum præstet, oportet:
 Præcipue verò doni auctor aperta peregit.
 Signa, sub Augusto, terrarum frenare regente;
 Quod velit, vt iubeant Musas ad sacra venire
 Carmina Christigenæ, folijq; has poma regentis,
 Et nemori addentis decus, instar habere simanus.
 Hic vt enim Cæsar Christo inscius ocia fecit,
 Fætali grauidam sistens simul vrbe puellam,
 Pendere quæ voluit censum: sic aurea satis
 Secula condebat, quæ tota Poësis amœnum
 Induit in florem se per Laurentia iura;
 Summaq; verticibus nutantibus astra petiuit
 Laurus Apollinei capitis; Latiamq; Poëta
 In patriam Aonio deduxit monte Camænas;

Fonsq;

PRÆFATIO.

Fonsq³ Heliconiadum fudit purissimus undas.
 Hac etate, cedro Vates sunt digna locuti,
 Quorum nomen ouans spargebat fama per orbem:
 Andinus sol Pieridum, qui maximus ore
 Ausonio Graium vocat in certamen Homerum:
 Et Venusinus olor: vitreoq³ vberima fonte
 Gloxia telluris Peligna, & cordis imago:
 Nec non, quibus gaudent Verona Urbisq³ penates:
 Deniq³ Callimachus Romanus, & Umbria ocellus.
 Ex his, præ reliquis, diuerso tempore natis,
 Quis tamen est sua laus, nos conuectare patente
 Calle decet prædas: horum edimus ore loquelas:
 Horum, non dubio, legimus vestigia gressu:
 Horum insignimus, Solomonia templa trophæis.
 Cumq³ sub armorum quater heu centena procellis
 Millia librorum (tot Alexandria tenebat)
 Hauserit ignis edax, nec sit reparabilis arte
 Vel sumtu iactura: suos cum spectet haberi
 Antiochea libros à puluere: cumq³ cremata
 In cineres decies ter mille volumina labi,
 Et quoq³ plura, sinat Leo, gentis alumnus Isauræ.
 Iamq³ situs tenebris monumenta tot occupet atris:
 Musa Poëtarum durando secula vicit
 Omnia rem curante Deo: qui Vatibus vnâ
 Desuper aspirat Zephyrum, viresq³ ministrat.
 Hac verò quotus ò bene tempestate requirit
 Nosse, quis Aoniæ citharæ sit cultus, & vsus?
 Mentem lucrosas hic in artes abdit auarus:



P R Æ F A T I O.

*Afsiduam Phœbo negat ille impendere curam.
 Hic ab Aristippo patitur sibi nomen inuri
 Sponsi Penelopes : illum via fallit euntem,
 Hic sibi, nescio quæ, doctrinæ somnia fingit,
 Cùm rudibus soleat stipulis disperdere cantum :
 Ille supercilijs vultus astringit iniquos
 Ob Venerem, & lusys, veterum inter pleetra vigentes ;
 Obscura aut sese dum fama recondit inertem,
 Omnes esse sui similes cupit, inuidus æquè,
 Vnde amat indignas in vulgum spargere voces.
 Nugæ hæ thesauros virtutum, artiꝰqꝰ, recludunt :
 Et Sophiam causis Venus ista latentibus abdit.
 Ceu rem ficta solet, non fictam, imitando referre
 Forma, lacebto que luce resultat ab amne :
 Sic versus falsa scit imagine reddere verum,
 Ad rectumqꝰ, animos fingit, malesacta notando,
 Inter pestiferi fallacia germina succi
 Herbarum vtillum submittit terra colores :
 Atque, patente malo, Virtus simul ipsa patescit .
 Multaqꝰ, naturæ pandit vestigia sepe
 Fabula, corda tenens numerorum, artiꝰqꝰ, lepore.
 Nostra quoqꝰ, haud vllò scripta est ars limite circum :
 Quippe ea nunc pennis altè se credit in auras,
 Ingenioqꝰ, suo tendit supponere cælum:
 Nunc humili breue radit iter per inania lapsu,
 Obuia queqꝰ, modis claudens, & lege cœercens.
 Nunc per agros tenui Musam meditatur auena ;
 Perqꝰ, mare ac terræ spiramina, perqꝰ, latentes*

Natu-

P R A E F A T I O.

Nature versat mentem caussasq̄, vicesq̄:
 Nunc recti, & decoris stimulis incumbere certat.
 Quid memorem, vt referat picturis pectora viuis,
 Ing, animi soleat vultum inferuisse recessus,
 Seu tumidos speētes affectus, siue quietos?
 Quid loquar, vt longos fama ferat acta per annos,
 Quiq̄, canunt, adeant fama aethera, quiq̄, canuntur?
 Denique Castaliae per Palladis vndiq̄, tesqua
 Ver nitidum populantur apes, & mella repostis
 Dulci ē flore fauis per limina Dadala stipant:
 Dantq̄, loqui nobis, dant dicere, dantq̄, docere.
 Musis iuncta Charis sic miscuit vtile dulci:
 Ac prima omne tulit quondam sapientia punctum,
 Quae grauibus sociat leue, dulci tingit amarum.
 Frugiferae siluam doctrinae, ex artibus hausta
 Commoda, Virtutum inbar, actorumq̄, vigorem,
 Et speculum cordis sedati, aut turbine moti,
 Dicere si cupies: dic vna voce Poësim.
 Praeterea quid erit lingua excellentius vsquam?
 Non certant decori linguae tua saxa Carystis
 Non messes Arabum; nemoris non vellus Eois
 Non fucus Tyrius; non Hermus turbidus auro.
 Et graue discrimen dat vox hominiq̄, fer aq̄:
 Vocibus ergo magis quanto praestabit honore
 Vox, numeris, vinculis, pede, lege, ornatibus aucta?
 Ecce dabo hic testes, mea dicta, fidemq̄, probantes.
 Non homines tantum: sed rupes, atque cupressos
 Aërias, & aues, mistosq̄, leonibus vrsos;

P R Æ F A T I O .

Barbita quos cantu ductos Orphea tenebant
 Nec non & lapides, coisse in mœnia visos,
 Dum chelyn increpuit Thebana conditor arcis.
 Grata Repertori gens prima hinc esse volebat;
 Dum Phoëbo, Musisq; nouem sua nomina fecit:
 Quis decus imposuit diuinum, vt origo pateret.
 Hinc etiam herœs, fama super aethera noti,
 Complecti cura Vates & amore solebant.
 Testis Alexander Macedo, successibus ingens:
 Testis, qui tenuit Nili Philadelphus habenas:
 Testis item Augustus, quo non præstantior alter
 Marte, togaq; fuit. Tuus at præstantior illo
 AVGVSTVS pater est: qui tuto, ac diuite donis
 Hospitio Musis comitatum excepit IESVM,
 Carminibusq; pijs facilem dedit hætenus aurem,
 Sibiectosq; bonis cumulauit, principe dignis.

Omnibus his igitur fretus, nunc offero vultum
 Dux AVGVSTIADE tibi, flexo poplite supplex.
 Instar apïs, legi per tesqua Sionia plantas,
 Deposuiq; Heliconis agris, sacra pleetra cauendo
 Ordine sollicitans; vt sæpe rediret in orbem
 Annua lectoris cura, & laus sancta vigeret.
 Res mihi dictauit Numen, sed verba Poëta,
 Quos mihi Roma dedit modulaminis esse magistros.
 Mite patrocinium sacra te suscipe Musa,
 Saluus vt huic sit honos suus arti, meq; secuti
 Ora Dei in laudes dein multi soluere tentent.
 Que rogo, crede meo Christum simul ore rogare.

Pulcrati.

P R E F A T I O

Pulycrati piscem dare dono audebat egenus:
 Munus id acceptum rex fortunatus habebat.
 Arcadio gentus, donatum a paupere pomunus
 Fronte serenat a graue pondus habere sinebat
 Maximus Imperij Præses: cur ergo tremiscam
 Munera ferre tibi? sudanti, ac multa petenti
 Que mihi miserunt montes, Heliconq³, Sionq³,
 Numinis ex adytis, doctrinarumq³ latebris;
 Eq³ hortis Charitum, cur versum ad Principis ora
 Non recitem? impellit qui cantibus æthera sursum,
 Summus vt intentum se prabeat auribus Auctor.
 Hac in parte simul, cum sis deus, exhibe diuûm,
 More Dei Vates vt ames, foueasq³, beesq².
 Voxq³ Titi subeat tibi, tanto Casare digna:
 Mæstus ab ore Ducis nemo discedere debet.

Sic precor, vt regum rex, Ioua, Deusq³ deorum
 Fata tibi stirpiq³ tua prosperrima condat:
 Et patrio in regno successu figat abundante
 Incluta Prosperitas sedes, ignara moueri.
 Feliciq³ rota lucem illam prouocet Eos,
 Qua possim ad cælum te laude, tuosq³ vocare.

Illustriss. Celsitud. T.
 subiectissimus.

Paulus Didymus Torgensis,
 Acad. len. P. P.

DECANVS, ET RELI-
 QVIDOCTORES THEOLOGICI
 Collegij apud VVitebergenses,
 Beneuolo Lectori S.



Qvod de Aegyptiorum oris olim
 veteres dixerunt, quod
 φάρμακα πολλά ἢ ἐὼδα μεμυ-
 μένα, πολλά δὲ λυγρὰ
 αὐτοῖς χρωμένοις ἀναδίδωσι.

id de Poësi veterum quoq; non inconcinne dici
 potest. Habet enim illa in se multa iucunda, &
 adolescentium animis pabuli instar conducen-
 tia: habet eadem non pauca, quæ conturbent
 eos, & de sanitate mentis dimoveant, ubi lectio-
 ni Poëtarum recta institutio defuerit. Qua de
 causa prudentiores inter Gentiles, lectioni poë-
 matum Philosophicam considerationem adhi-
 bendam putarunt: & monuerunt, adsuescendum,
 ut in eo quod delectat, utilitatem quis quærat,
 eamq; amplectatur: ea si desit, repugnandum
 esse poësi, eiq; succensendum. Prudenter sanè:
 πολλά γὰρ ψεύδονται ἑοσιδί.

Nostra verò ætate, quando unà cum pri-
 ore Evangelij doctrina, literarum Græcæ tum
 Latinæ, adeoque artes omnes, depulsa superio-
 rum temporum barbarie, rursus florere coepe-
 runt: Poëta quoq; tales claruerunt, qui quoad
 appa-

PRÆFATIO.

apparatum carminis & dictionis venustatem veteribus non cedunt, in rerum verò tractatione non philosophicam circumspectionem, sed verè Christianam pietatem adhibuerunt. Atque iccirco tutò etiam ab adolescentioribus legi possunt: cùm in ijs verè invenatur id: quod ille de suis olim cecinit.

————— *Et prodesse volunt & delectare Poëta.*
Doctrinam enim ex sacris depromptam literis, suavi atque animum allicienti orationi permittent, atq; sic facilem & gratam adolescentibus pietatis perceptionem præbent.

Tales fuerunt ex ijs, qui iam cùm Christo, ævo felice fruuntur, Philippus Melanthon, Eobanus Hessus, Stigelius, Sabinus, Georgius Buchananus, Georgius Fabricius, Adamus Sibirus, & complures alij: quos feliciter æmulantur & imitantur non pauci Germaniæ Poëta, etiamnum superstites. Inter hos autem omnes non postremas partes sibi vendicasset M. PAVLVS DIDYMS, inclytæ Academiæ Ienensis quondam Professor, si Deus, optimus & iustissimus vitæ mortisq; nostræ arbiter, diuturniorem huius lucis usuram ipsi concessisset.

Natus is erat TORGÆ, parente viro Reverendo & doctissimo, Domino M. Gabriele Didymo, Ecclesiæ illius Pastore & Superintendente, & magno nostro LUTHERO, primo
lynce

P R Æ F A T I O.

fyncerioris doctrinæ inſtauratori, cum primis familiariter. Pater igitur poſtquam animadvertit in filio elegans, & culturæ capax ingenium latere, diligentiffimè eum, primùm in patria Scholæ, deinde in ludo illuſtri ad Muldam, tum in pietatis, tum in liberalium diſciplinarum ſtudio, informari curavit.

Filius diſciplinam Præceptorum, & inter hos maximè Dn. ADAMI SIBERI, patienter & grata mente admittens, ita feliciter, Deo labores docentium & ſtudiùm diſcentis ſecundante, profecit: ut intra paucos annos beneficiarijs Illuſtriſſimi ac potentiffimi Sacri Rom. Imperij Septemviri, Ducis AVGVSTI, Domini noſtri clementiffimi, in Academia Lipſenſi, accenſeretur. In qua, præſtantiffimorum virorum inſtitutione & familiaritate utens, ſtudia ſua eum in modum confirmavit, ut anno $\theta\epsilon\omega\theta\zeta\omega\pi\tau\epsilon$ Chriſti M. D. LXXII. 2. die Septembris, cum approbatione ſpectatiſſimi Collegij Philoſophici in hac Academia, Magiſterij gradu publicè ornaretur.

Cùmq; inſignem de ſe & pietatis & induſtriæ ſpem præberet, mox anno ſequenti ab inclytæ Academia IENENſIS Profeſſoribus, in numerum atq; ordinem Collegarum cooptatus eſt. In qua Academia per annos octo profeſſionem Rhetorices & Poëtices, cum magna ſuorum

P R Æ F A T I O.

rum Collegarum laude & auditorum admiratione atque utilitate sustinuit. Intra quod breve annorum spacium (id quod non leviter ad eius existimationem augendam facit) bis Decani, semel magistratus Scholastici officium administravit.

Quia verò naturâ ipsi satis infirmum corpusculum concessum fuerat, illudq; ipse continuis lucubrationibus & vigilijs amplius attenuaret, factum est, ut phthisi laborare cœperit, qui morbus intra duos menses ita uniuersas ipsius vires consumpsit, ut tandem sexto Nouembris, Anno Domini M. D. LXXXI. Torgæ in vera Filij Dei, Domini nostri Iesu Christi invocatione & confessione piè placideq; obdormiverit: matrem, coniugem & filiolas duas in maximo luctu, & summis rerum angustijs (quod plerisq; pijs & literatis accidere solet) relinquens, dignas certè, quas ob filij, mariti & patris insignem pietatem & eruditionem, omnes pij, omnibus benevolentia & humanitatis studijs complectantur.

Porro, inter alia ingenij sui monumenta præclara, ornatissimus hic PAVLVS DIDYMVS, nunc placidè in Christo quiescens, post se reliquit Carmina hæc Sionia, seu pias in Evangelia, quæ diebus Dominicis in Ecclesia Christi explicari solent, meditationes, quæ licet pio & erudito Lectori (dubio procul) per se ita commentatæ

P R Æ F A T I O.

data futura sint, ut nostræ hoc Encomio minime indigeant: tamen quia hæredes & amici superstites existimârunt, hoc nostræ approbationis testimonium, defuncto apud alios honorificum, & superstibus eius orphanis non inutile fore, ipsorum petitioni non deesse volumus.

Testamur igitur hæc carmina & pietatis & eruditionis esse plenissima, ac planè digna, quæ à multis ad excitandam interiorem animi affectionem, diligenter legantur. In alijs poematis legendis aut historiam saltem decerpimus, aut elegantia & apparatus verborum inhaeremus, aut ea quæ de moribus utiliter dicta sunt, confectamur. In his verò carminibus, præter sacrarum historiarum veritatem, & orationis studiosus, quæ eleganter & artificiosè dicta sunt, & pietatis studiosus, quæ fidem, charitatem & patientiam mirificè confirmet, si non obiter negligentève ea legat, inueniet. Itaq; ut hæc meditationes poeticas pijs omnibus gratas futuras minime dubitamus: ita Deo gratias agimus, quod eiusmodi viros in hisce Ecclesijs & Scholis excitavit, & adhuc excitat qui cum erudita doctrina religiosam quoq; pietatem coniungunt, & pro donis sibi à Deo concessis utrunque cum mellita quadam dictionis suavitate alijs proponunt: Eumq; precamur, ut & in posterum quoq; multa

P R Æ F A T I O.

ta talia & tam felicia ingenia excitet, quæ Mu-
fis & Poësi sua utantur, non ad res leves, non ad
maledicendum Deo & hominibus; sed ad illu-
strandam gloriam Dei, ad excitandam pietatem
in animis hominum, & ad promovendam
rem literariam. Amen. Bene & felici-
ter vale. Calend. Septemb.
Anno CIO IO LXXXV.



DE PAVLO DIDYMO

T O R G E N S I.

V T mente Flaminius tibi
Si Chrifte tota dedicans
In seruitutem amabilem,
Amoris aestu liquitur

Cor molle, & in faces tuas
Mox totus optat vertier:
Sic Didymo nil dulcius
Toto breuis vita licet
Cursu, fuit, quam caelitus
Amore sancto perfrui,
Gaudere & in Christo vnico,
Piusq; ab igne, ne diu
Languesceret, tabescere,
Mutari & in laudes Dei.

Hinc tot reliquit carmina
Nata in Sionis iugis,
De mente votis optimi
Sacra & pia testantia.

ALIVD.

Multi fuerunt nobiles
Doctrina & arte Didymi:
Vincit pietate & carmine
Torgensis omnes Didymus.

Petrus Albinus Niuemontius
Profess. VViteb.

JESU CHRISTO,
REGI AC PONTIFICI.

PEr iuga cūm, celebris pietate, Morija vellet
 Isaias summo ponere templa Patri;
 Et grandes operi struxisset letus acervos
 Arctai nemoris, marmoris, aris, opum:
 Que tibi do, tua dextra dedit, tua dona fuerunt,
 Ioua; sacris domus ô commoda surgat: ait.
 Sic etiam reddo tibi, que mihi, Christe, dedisti:
 Que, tribuente mihi te, fero, dona cape.
 Das mihi Phœbeis numeros intendere neruis,
 Et pia Meonio nectere verba pede:
 Ergo, fide motus, fide brachia tendo sonante,
 Inq, tuum versus ducere nomen amo.
 Me verò patiare tui spem ferre fauoris,
 Sitq, melos gratum, sint rata vota, precor.
 Non mea Pactoli vel Atlantis munere pallet
 Arca: nec est tibi cor, muneris huius egens.
 Oris libati vitulos, adolemus honores:
 Ac tu principium, tu quoque finis eris.
 Vota Deo gratesq, canens, sacra summa peregit;
 Inquis: & his ponis premia. dicta sequor.
 O igitur vultus sacris aduerte benignos
 Talibus, & placido numine dexter ades.
 Cumq, Notis sine te non demus vela secundis,
 Nec rate Musa viam per mare tutâ fecet:

B

Curſi-

*Cuiuslibet aspira placabilis aetheris Auram,
 Et rege siderea limite lucis iter,
 Naufragijq; malum puppi defende, coronam
 Imponat læta portus vt inde rati.*

ADVENTVS CHR- I STI SERVATORIS.

Propter nos, ad nos, in nos, & noster & vnus
 Sanguinis en nostri, Deus aduenit. excipe plausu
 Vindictis aduentum, lætosq; ad sidera tolle,
 O pia gens, animos cum vocibus: audiat æther,
 Dux venturus adest, qui calce petiuit Echidnam,
 Dux venturus adest, respondeat orbis & vnde.
 Ter uenit ille ferens pacem: semel ille redibit,
 Arma gerens: pacem pete, dum licet, armaq; vita.
 Ipse pedem trepidanti primùm aduertit Adamo,
 Cum fuga nulla mali deserto, nulla daretur
 Spes opis in campis Auroræ. perditus omnem
 Prospectum heu pelago lætè terraq; petebat:
 Nullum in conspectu solamen. ad ætheris orbes
 Astrorumq; choros trepidantia sustulit ora:
 At cœlum stellasq; videns, data iura tenentes,
 Lumina deiicit rursum, suffusa pudore.
 Brachia tendebat genijs: eademq; remisit,
 Territus illorum pœnis, quos, concitus ira,

Fu'mina

Fulmine præcípites dederat sub Auerna Creator,
 Propter graude nefas. restabat Numen: id ore
 Non poterat supplicem offensum in vota vocare.
 Legem norat enim fixam: morieris edendo.
 Filius ecce Dei, pacis veniæq; sequester,
 Se misero patria bonitatis nuncius affert,
 Et, veniam indulgens, blando ora leuamine soluit.
 Obruto spoliū vindex (ait) Angue referre
 Natus homo aggrediar, pœnasq; explebo cruore,
 Quis ego non merui. Nostræ sub imagine formæ,
 Quam sumpturus erat, Patribus quoq; sepius idem
 Fatidicisq; viris sese obtulit inde videndum
 Et ducibus, nondum nascendi ad fata vocatus.
 Tandem natus homo naturam gessit vtramq;
 Atq; data aduentu primo, promissa secundo
 Exhibuere fidem. dedit alio, & sustulit illum
 Mater inops inter mala plurima: condidit agros
 Sæpe docendo dies & cundo: vulnera passus
 Triste pependit onus cruce: Tartara, senta tenebris,
 Excidio petijt: victo, reuocauit ab vmbriis,
 Hoste, gradum; ascensuq; redux euasit ad astra.
 Signaq; certa dedit, præsentis nuncia Christi,
 Qui regnum capiat sine Marte, nec ista moretur
 Terrena. adueniens haud, auro ostroq; superbis,
 Se tulit altus equis fulgores inter ahenos,
 Inter Ephrimsadum pharetras, interq; frementis
 Aera tubæ, pulsusq; pedum, gemitusq; rotarum:

Sed (veluti cecinit Vates) sibi iussit asellam
 Cum pullo duci, gressumq; recepit ad V. bene
 Vectus ea. Rex est & Hebraeae gentis, & ortae
 Ex alienigenis: quarum ceruice subiicit
 Altera Legis onus, fuit altera libera ritu
 Legis, ab Abramidis pietatis semina ducens.
 Lexq; fuit Christi typus, ipso iussa refigi
 Praesente, antitypog; dato, non digna valere.
 Manibus ergo premens asnam, iuga dura gerentem,
 Redditur, vt patri cadat hostia, cuius imago
 Picta diu fuerat sub imagine legis & aere.
 Antè & pone gradum fert turba, & carmina iactat:
 Dona salatis enim prior accipit orbis eadem
 Posteriorq; fide, morsq; vnica profuit antè,
 Quam fuit. intendit loca pars simul obuia palmis,
 Victorem confessa mali, Satanæq; necisq;:
 Cincta comas ramis oleæ, pars agmina iungit,
 Auctorem pacis venerata, preciq; fauentem:
 Sternit humum quoque certatim pars vestibus omnem,
 Officium testata p; qui promptus amicus
 Debet opes Christo pariterq;, impendere corpus,
 Vestem animæ. cælo puerorum it clamor in æde
 Deniq;: cur? nimium sapiens, incredulus errat.
 Atq; is adest etiam nunc, qui prius adsuit, heros:
 Qua rebitur, Verbum est rota, pignoraq; addita Verbo:
 Et, quacunque p; colimus sacra tradita ritè,
 Coniicit in medios sese, cæterumq; celebrat;

Illapsus

Illapsusq; animis data nutrit, & auget, & ornat.
 Addit se comitem genitor, sacer Halitus addit,
 Prompti optare locum tecto, & concludere sulco.
 Optime ter ductor salue, ter maxime salue:
 Hostem in vincla petis, victa nece, crimine, Auerno:
 Portus es, aura tuus es, & es tutamen ad iras.
 Ora, tibi adductus, det frenis Pullus, habenas
 Audiat vsque tuas: cura tibi simus in æuum.
 Teq; precatorem seruatoremq; canentes,
 Obuia cum læta vestigia gente feramus,
 Prætendente manu palmas, oleasq; gerente:
 Exutiq; bonis animaq; per omnia fatum,
 Te duce, si sit opus, discrimina triste sequamur.

ADVENTVS CHRIS- TI IVDICIS.

VEnit, adhucq; venit Christus, venietq; supremum:
 Ter felix, qui ter coluit venientis honorem,
 Venturum opperiens: Ora huic venturus amica
 Offeret, ad pœnas sceleratos quando vocabit.
 Prauo tempus erit, cum magno optauerit emptum
 Paciferi aduentum ducis, imo corde petitum:
 Sed tum nullus erit paci locus, arripe tempus
 Oblatum veniæ, Natog; ser oscula supplex
 Ante, facem seuo quam turbine ventilet ira.

Incumbet subito tempestas omnibus igne
 Terrarum caeliq; plagis: missusq; ciere
 Angelus aere tubae viuos animaq; carentes,
 Impellet sonitu caelum: totaq; coacto
 Concilio ex hominum gente vndiq; nixus Olympo
 Fasq; nefasq; pius feret arbiter omne sub auras.
 Sub Styge supplicium malus hauriet, atq; perenni
 Impia quasitor dannabit lumina nocte:
 At pius aeterno diffundet nectare pectus,
 Ex Erebo saluus, necis expers, crimine purus.
 Sed quotus o lucem curas extendit in istam
 Pronidus? aut votis quorū hanc vocat? improbus ausis.
 Nomen inane velut, naso suspendit adunco
 Iudicij monitus: nosmet quoq; saepe moratur
 Segnities secura, Deo sacrisq; dicatos;
 Et (vires adeo contagio promit auita)
 Pectore labuntur venturi Iudicis ora.
 Causa subest: animos cura huic adhibete fideles,
 Testis adest: aures cura huic adhibete fideles.
 Signa patent: oculos cura huic adhibete fideles.
 Ut memori extremae repetamus fata diei
 Mente, Deus iubet, ipse Deus; quem, propter inertes
 Interitus hominum, tangit dolor. Vltimus heret
 Totius hic fidei quoq; terminus, illud adeptae,
 Cuius ob euentum concepimus aethera mente
 Solliciti, & caecos animos fulgore lacepsit
 Lux, adyto absistens Genitoris, lumine septi.

Summa

SIONIA

Summa simul capimus solatia, quando fouemus
 Spem corde auxilij, suprema quod afferet hora.
 Nec non vsus habet pondus: nam, triste verend.
 Iudicium, culpis submittere corda veremur.
 Deniq; sic nullam cura aut sententia faller,
 Sive quid omnipotens promittat, sive minetur:
 Qui dum saepe fidem dictis non addit apertam,
 Innectitq; mora causas, docet affore tempus,
 Quo firmare bonis re dicta malisq; parabit.
 Forsan at experimus testes? has increpat Adas
 Ore, Caine, minas pius: hoc sermone relinquens
 Henochus aspectum, se nocti immiscet opacæ:
 Hæc dans Thesbites documenta, ad sidera viuo
 Corpore successit, flammantibus actus habenis:
 Dauidides tabulis hæc fata nouissima mandat:
 Vatibus hæc cordi est tuba: vocem hanc fundit Iesus,
 Numinis interpres, Patris decreta reportans:
 Et, quos iussorum sibi legit is esse ministros,
 Hæc simul heroës per agunt præconia dictis.
 Signa quid enumerem? Cui non iam fastus & ira
 Mentem præcipitant? vbi sat rationis in aris?
 Nomina pars iactat sine re pars somnia fingit,
 Nescio quæ, pugnasq; mouet: diuersaq; docti
 In studia & vulgus rude scinditur. Hesper & ortus
 In furias ferrumq; ruunt, acuuntq; timorem
 Christe tuis, adytis velut intulit vndiq; gressum
 Falsa docens, Solymes extremas ante ruinas,

Famaq̄ sacra loco cecit, cum poneret illic
 Romulides statuas: ita limine Solis vtroque,
 Paulus vbi Christo fundauerat oppida sacris,
 Tempa sibi instituit Stygis arbiter, & vanis dijs.
 Ac vt ad occasus & ad ortus impius auro
 Nabathides vitulos & Osiridis excitat aras
 Turpibus hīc sacris ita sedem Turca locauit;
 Illic Papa, gerens se pro Ioue, somnia vendit.
 Sed latè hæc adytis excessit in orbe relictis
 Dira Superstitio Latij: Caciq̄, cauernas
 Impulit Alcides, animas mittentis ad vmbas
 Cum gemitu, & presit telis insuetà rudentem.
 Apparet foribus domus intus iniqua reuulsis:
 Abstractiq̄, greges, cumulataq̄, fraude rapina
 (Quæ nota iudicij datur indubitata propinqui)
 Cælo inter populos offenditur. Adde, quòd orbe
 Scuit amor ferri Martisq̄, insania toro.
 Omne latus mundi bella incutit, improba bella,
 Nomine prædonum metuenda: haud qualia reges
 Duxerunt, Themidi sedem sacrisq̄, legentes.
 Præterea toties nobis ferrugine mæstos
 Sol prætexit equos, luna interceptus iniqua:
 In cælumq̄, cadens alta nox sæpius vmbra,
 Eripit ex oculis Phœben, caligine mersam.
 AETHERA tum rugis quasi tentat arare vetustas;
 Atque minus certo voluuntur sidera lapsu;
 Instabileq̄, vices & hyems exercet, & æstas,

Fœdere

Fœdere confuso, trahimus quoque languida morbis
 Corpora : spem fallit seges anni : prælia tollunt
 Crebra Noti, & verrunt turres siluasq; per auras.
 AEquora percutiens Neptunus humumq; tridente,
 Ora relaxat aquis, inuoluitq; oppida fluctu :
 Pertentatq; tremor vagus vrbes, datq; ruinas.
 Deniq; concutiens diuerso mœnia luctu,
 Exitus omnes immittit Auernus habenas ;
 Cui properans stimulos poenæ arrigit hora luendæ.
 It per nos gemitus : soluuntur membra pauore :
 Nec, ventura timens, animis dat cura quietem.
 Vt gemitum Noas alto Helciadesq; trahabant
 Corde, instante malis poena, cum nemo reserret
 Orsa sua in melius : sic, dum ruit omne quotannis
 In peius, pia corda coquens est cura medullas.
 Quam nisi pollicitis diuina, carentia sine,
 Dicta leuent, subito labefactos puluis habebit.
 Ecquis erit verò, quem, non rationis egentem,
 Ad puteal sistet lux vltima ? fingere dignum
 Te poteris Christi monitis, vigilasne, Dei gens,
 Christiade ? vigila, statione exire recusa :
 Christi obtende tibi velamina, tincta cruore ;
 Teq; caue attingat luxu curisue sepultum
 Insuperata dies, vel auarum, aut vana petentem.
 Nocte super media veluti se prædo repente
 Improuisus agit : laqueo ceu fallitur ales :
 Haud secus illa dies inopinos ingeret ortus.

Arbitrator datus date compositisq; sepulchro,
 Virginis atq; Dei proles: quæ comprecor, audi.
 Fines sub extremo dum, fessa senilibus annis,
 Gens tua vela trahit, magis asperat æquora vento
 Tristis hyems, cœlumq; ruit sine more procellis.
 Quodlibet ecce malum vires attollit eundo:
 Addit enim sceleri vim quilibet, omniaq; ardens
 Aduocat arma Satan, ut luctu misceat oras:
 Vixq; Gigantis adhuc vestigia tibia figit,
 Mixta luto & ferro, mentem vultumq; sub astræ
 Da teneam letus, spe presumendo salutem:
 Non mora me frangat, vel in ocia segnia soluat:
 Non sensum ebrietas inlectat, opumue cupido,
 Perpetui secunda boni, sed auara caduci:
 Deniq; sum, propter te, dignus, ut ante tribunal
 Transcribas mihi dona tuæ, iam sanguine partæ,
 Iustitiæ. interea victricibus instruat armis
 Numinis Aura Fidem: quæ pugnas semper obibit,
 Cuncta malis, Erebo, nece, crimine, donec ab alto
 Signa canes, quod mox fieri pius optat, & orat.
 Si qua tui cultoris habet te cura, venito:
 Si tua sunt, ut sunt, rata verba & signa, venito:
 Si ciet haud frustra gemitum natura, venito:

ADVEN-

ADVENTVS CHRIS-
TI, INDVBITATI SCHI-
lonis & mesia.

Q Væstio. nosse cupis, quæ summa sit? accipe factum
Zachariæ. is mittit, qui dicta fidemq; reportet:

An sit, qui veniet, Christus. graue pōdus habebat

Res ea: namq; salus hac vertitur omnis in vna,

Et super hac armis concurrunt arma quaternis.

Exhibuit, ceu fas, hominem Deus: idq; fatemur.

Hunc mora, quem venisse putas, tenet: inquit Apella.

Turca, negans vtrumq; probris incesit Iesum.

Quesitum it plures Papa: sed via fallit euntem.

Vnus erit, fuit, est, qui lenit Numinis iram:

Nil opus hîc diuis, cantu, face, thure, cucullo.

Ergo, vbi sîla legit iam fatum extrema cruentum.

Id curæ Bâptista gerit, certissimus (alio

Novit enim clausus, tinxit, digitoq; notauit

Christum) vt nos faciat certos, & vt illius edat

Indicium, officij memor, omnibus, vsq; tenendum.

Nec verò hîc poterit signis ac testibus vnquam

Deesse fides: hostes etenim res certa refutat.

Arbor vbi imperij Latij mandauerat agris

Radicem, & quartus iam frenâ Monarcha regebat.

Sub iuga Tigris vbi Iordanem miserat ecce,

Nec victi vltorius poterant decernere ferro:

Stella

Stella suos ortus, Bileamo visa, mouebat,
 Optatusq; Oriens ex alto Ephratia rura
 Purpureis afflabat equis, iuga lampade lustrans.
 Tollebatq; caput rumore, Iacobe, secundo
 Schilo tuus; cuius monitus, hinc inde profecti,
 Accipiunt animo populi, sensuq; reponunt.
 Verag; Dauidici Messiae is muner a gessit :
 Cuius opus, pacem concedere, demere curas
 Solando, monitus dare, nilq; caduca morari.
 Quid loquar ? vt testes, gentios stellamq; det athra ;
 Ephrata pastores; amplexus templa seniles,
 Et viduam ; sterilis, testantem gaudia saltu,
 Fortum; Aurora magos; missam cum voce columbam
 Annis Peneades; Baptistam silua, tenebras
 Insolitas mundus, tempestatumq; procellas ;
 Ipse Sion Christi comites, Tharsiq; magistrum.
 Praeterea quid opus verbis ? spectetur agendo.
 Muti, hoc dante, queunt in voces soluere linguam;
 Perceptiq; soni surda conduntur in aure ;
 Et cecis oculi flamma stant rursus acuta ;
 Quiq; pede inualido vestigia clauda traherat,
 Conatunq; gradus agro tardos torquebat,
 Carpere prata volante fuga, corpusq; citato
 Ferre potest cursu, & vigor ossa exhausta reuisit ;
 Et sua fata nouat defunctus lucis in ora.
 Quin etiam fati iactatus tristibus idem,
 Vt Vates responsa dabant, cum sanguine vitam

Ante oculos Patris fudit: mox tertius illum
 Sol, victorem Erebi, vitali reddidit aure:
 Tum sese ex oculis adopertus ad ethera nube
 Abstulit, ac dextram Genitori amplexus inhaesit.
 Terq; fidem tandem res, excipiente triumphum,
 Ducit ab euentu. Zephyrorum concitus alis
 Spiritus, & circum flammaram susus amictu,
 Dona dedit sanctis manifesta, cor oraq; fingens.
 Veni summa dies, & inexuperabile tempus
 Iudae: Solymum fuit Vrbs, fuit inclita regno
 Gloria Thariadum: nec habent haec fata regressum.
 Et Pietas Christum resonare, hinc dedita Verbo,
 More nouo docuit bipatentis limina mundi.
 Omnia respondent oraclis: ergo quid obstat,
 Ne plures Christo properent aduertere cursum?
 Vilis hic est, & inops, humilisq;: insueta profatur,
 Quae pede mens noto metiri nescit: & omnem
 Voluere tot casus impellit, sacra sequutum.
 At felix, quem non super his offensio tangit.
 Aethere: misse Deus, qui vere is crederis esse,
 Qui venturus erat; data ne sine ludere vota.
 Zacharidae vt comites, qui te responsa reposcunt,
 Prosequeris placide monitis, formasq; docendo:
 Sic etiam fer opem nobis. face pectora lustra,
 Vt pateat, qui scis, quae sit tibi cura, quid optes:
 Et fidei aspira vim sedulus, agmina contra,
 Te missum hospitio prohibentia, suscipe manus

Martis,

Martis, & auxilium castris effunde supremis.
 Da simul (hic animis opus est) ne forsitan egeno
 Ex rege, & flagris instante, & mira docente,
 Excipiat iners malesuada offensio menti.
 Sic inter superos tibi persoluenus honorem.

ADVENTVS CHRISTI,
 VERI IMMANVELIS,
 testimonio Ioannis declarati.

Contulimus gressum Christo, responsa petentes,
 An sit, qui veniet. reddit querentibus ille.
 Signa, ducem vestrum testata, audite, videte,
 Dictaq; Ioannis, de me data, pondus habento.
 Electus ergo viam moniti Iordanis ad amnem,
 Bethabar eq; nemus. Sed ibi quis clamor ad auras?
 Vocem (iter, ecce venit Dux, sternite) ripa volutat:
 Voce (iter, ecce venit Dux, sternite) silua resultat.
 Acceptum ad sonitum vestigia iussa mouemus:
 Siluicola apparet; cui mella locustaq; victum
 Dat nemorum in dumis; cui sibula pelle cœrcet
 Lata camelorum spoliū. quantum instar in ipso?
 Fallimur? Heliam sese an fert ore secundum?
 Affert se, procerum missu, legatus ab Vrbe
 Syrmate cum picto, cum vittis, cumq; tiaris,
 Hinc pacem, inde gerens arma; vt constantia tandem,
 Nescia

Nescia incundis vinci, vincatur acerbis.
 Quid colis in luco vitam, & noua sacra frequentas?
 Si te tangit honos, sis noster, & orsa reflecte:
 Namq; tibi nomen (licet, en datur oprio) sumas
 Christi, aut Helie, vel yatis, amaberis vltro.
 Sin te nulla mouet tantarum gratia rerum;
 Non sumus obliti nostri, sacra vana ferentem
 Siluarum in latebris, ac seditione superbum
 Quid prohibet vinclis frenare, & sumere poenas?
 Sic ait, at captis & sedibus haeret in iisdem
 Heros; nam rupes velut, actaue quercus ad astra,
 Mole tenet sese, nec eum sententia vertit.
 Hic vir hic est, Nato quem Patris cura fidelem
 Esse dedit testem, cuius praecordia nunquam
 Christiadium populus memori vis eximet auo.
 Ille pros lustravit aqua, tibi foedere iunctos,
 Rex promisse, nouo, lustratosq; etheris igne.
 Illius ad vocem iuga submittere cacumen,
 Et vallis completa fuit: tum senit a plano
 Calle tulit dubios, horrentibus obsita dumis.
 Ille bonos implet monitis: ter, & amplius ille
 Incutit ore minas prauis, simul omnis Iesum
 Bis vidit digito monstrari, & dicier, hic est,
 Agnus hic ecce Dei est, qui tollit crimina mundi.
 Me prior est, qui me sequitur, cum verus in euum
 Sit Deus, & sit homo verus: quemq; esse putatis
 Infra omnes minimos, est supra maximus omnes.

Floro

Flore nouo radix Ieffeia fudit honorem
 Virgulti, & partu Virgo tulit Immanuellem.
 O sol iusticia, cui præuius extulit ortum
 Lucifer, insignis fulgore, precantibus adfis :
 Te solem, Patris qui limina luce recludis,
 Plurimus exortum leto clamore salutet,
 Condita signa tenens animo, quæ misit Eous
 Præuius, esse vias inbeat tibi quisque patentes,
 Per rudera, & vepres, & saxa vt limes agatur.
 Quodlibet hic sese parat in scelus, ille tumentem
 Fert animum cælo, sine te se sisus in ipso :
 Hæc rudera, hæc vepres, hæc saxa morantur euntem ;
 Quæ nisi tollamus, retrò vestigia vertis.
 Ac velut Abiades, idola, nefasq; perosus,
 Corripuit sese, Solymorumq; extulit vrbe;
 Insuetisq; velut nemorum successit ad vndas
 Hospitijs, animamq; in aperta pericula misit,
 Vt sacra vera tibi purè celebraret in agris
 Ad Iordanis aquas; pariterq; vagando moneret;
 AETHERIS es ciuis, sacra qui colis, orbis es hospes :
 Sic etiam series ritus immensa profani,
 Per tot Pontifices Babylonis ducta nefandæ,
 Armorumq; minæ, & necis instrumenta paratæ
 Haud nos impediunt scelerata excedere Roma,
 Et procul hinc agmen tibi cogere; pura quod optet
 Vsq; tibi gratis cumulare altaria donis.
 Propria fac nobis dona, erudiendo potentes,

Certaq;

Certaq³ tradentes; in quos nec arundinis instar
 Instabilis, nec imago cadat captantis honores.
 Hosq³ simul monitus dimittere corde negemus:
 Terra hæc mancipio nulli datur; astra capesse.

P V E R N A T V S

E T

F I L I V S D A T V S .

V T nihil est cura meditandi dignius alta,
 Quam sædus gemine persona stirpis in vna:
 Vt nihil in cælo incundius esse valebit,
 Quam conferre gradum Christo, etheris inter alumnos,
 Huius in obrutu mentem, oraq³ fixa tenere;
 Optatas toties, audire & reddere voces
 De Verbo, carni sociato in Virginis aluis
 Conspectoq³ Deo melos ore, hyraq³ mouere:
 Sic nihil est maius, nil tempore latius almo,
 Quo Christi nascentis honos de more nouatur.
 Hæc est illa dies, Dominus cui nomina fecetis
 Hæc est illa dies, Domini quæ prouocat ortum;
 Hæc est illa dies, Domino qua Vesper, & Eos
 Sanctorum in populo, totiusq³ atria cæli
 Persoluunt laudes cantu, gratesq³ celebrant.
 Haud nox Tartarea circumuolat amplius vmbra:
 Sed Sol iustitia noua lumina tollit Olympo.
 Ac veluti nebulas primum, vmbraarumq³ tenebras
 Dimouet orta dies, radijs mox emouet orbem:

C

Sic

Sic quoq; luce, Dei quam spargit splendor ab alto,
 Principio nubes scelerum dispellitur atra;
 Quattuor ampla dehinc retegente videmus cædem.
 Ecce patescit amor Genitoris, amicus in hostes;
 Quis anima Soboles, missu illius, vna litando
 Attulit auxilium. nam fœdera, iusq;, fefellit
 Lapsus homo: hinc, Erebo damnatus, Numen is odit.
 Ecce patescit opus Nati, qui summus ad ima
 Tendit iter, minimumq;, gerit se, maximus antè;
 Propter enim lapsos se Filius abdicat vltro
 Maiestate, Patri supplex, nec numine abusus
 In decreta Dei: natusq;, homo debita soluit.
 Ecce patescit onus peccati, iræq;, procella,
 Iusticiæq;, rigor: cui non sua munera reddi
 Absq;, Deo poterant, collecto infantis in artus.
 Ecce patescit honos hominis, graue munus adepti;
 Cui nihil aut terris de core, aut certauerit astris.
 Membra humana Deus gerit ipse, gerenda per auum;
 Et, iuxta ora Patris, caro nostra in honore locatur
 Christi in persona, ius stirpis vtrunq;, tenente;
 Qui se composuit folio, ter luce tremendo.
 Gloria sit cælo, pax terra, hominiq;, voluptas:
 Namq;, aliud quid sit, quod iam cantare queamus?
 Iustus es: hinc poscis tibi solui lytra, Creator.
 Es bonus: hinc, Genitus dum nascitur, interit ira.
 Es sapiens: hinc nos in pristina reddere nosti.
 Fortis es: hinc Erebi regna eruis, obteris Anguem.
 Magnus es: hinc omnes cumulus sine fine salute.

Verus

Verus es : euentus rem missa hinc Prole probauit.
 Ergo tibi canitur laus ob virtutis honorem.
 Exercent iterum nunc pacem mundus, & aether,
 Fœderibus iunctis per mutua : rursus amicam
 Numen in inuisos mentem accipit : illud amamus,
 Nullo acti terrore fugæ : turbata quiete
 Pectora laxantur, nec mentem culpa remordet :
 Diui in regna vocant socios. ita iure Fauorem
 Gratamur reducem. Fasq; est, vt in infima misso
 Det pia gens Domino plausum ; veneratq; votis
 Illius aduentum, cor amica in gaudia soluat ;
 Et grates dicendo diem, noctemq; fatiget ;
 Deq; salute, Dei decreto ritè probato,
 Quæ data sunt, habeat sibi grata, acceptaq; dona
 Perpetuo ; capiensq; fide data munera gratis,
 Haud affectet iter cælo, quod opinio frustra
 Vel struit ambitio ~~frustra~~ sibi per diuortia cæca.
 Sic meritò, leto faueamus vt ore, precamur.
 Quis verò hæc animo capit? astra insuetus, & orbem
 Pertentat motus : mentemq; tremoribus omnem
 Arrexere nouis tria, crebrius admiranda :
 Numen homo, genitrix virgo, cor segne, fidesq;
 Hic polus, hic tellus agit alta silentia, natum
 Admirata Deum : qui, cum sit temporis exors,
 Sitq; Patri equalis natura, numine, laude.
 Sitq; Cor, & Verbum Genitoris, criminis expertus
 Cretus homo nostris successit sedibus hospes,
 Atque exhalauit crudeli vulnere vitam ;

Dum iubar interea maiestas abdita pressit.
 At non Attalico nixus fuit iste cubili
 Natalis, gemmis, ostrog, vbi Couis, & auro
 Meandros studuit disponere, tegmina pingens:
 Nec saxis educta polo, cultuq, superba
 Regia, sed pecudum nascenti septa dederunt
 Hospitium. hic fultus praesepi, & vilis amictu,
 Sollicitat noctem vagitu, adoperta pruinis
 Quando diem gyro bruma interiore traherat.
 Quippe rependit opes spoliato, & iustus habetur,
 Diues inopsq, cui nullo discrimine aguntur;
 Et mala nostra luit, varijs obnoxia penis;
 Et (quoniam debet pro nobis vota ciere,
 Atq, dare auxilium) fato exercetur iniquo
 Cuncta trahens vitam per acerba, vt promptius aurem
 Aduertat precibus, det opem, flectatq, Tonantem.
 Ter salue mihi Nox, diuini conscia partus,
 Pulcrior Aurora, velamina picta gerente;
 Pulcraq, luce magis, Nemeo tardus ab igne
 Quando diem aestiuis attollit Cynthius horis.
 Exercent superum volitantia lufibus aethram
 Agmina, nec fugiunt orbem impicuisse choreis.
 Dantq, diu sese vibrata in luce videndas
 Iucundae aspectu facies, peana canentes.
 Nuncia vox portans dissultat, & acta per auras
 Excidit: o homines Vobis ingentia Vobis
 Gaudia nunc surgunt. Pastorumq, agmina complet:
 Pastori summo quos ludere carmen auena

Iuuat,

Iuuit, Ephrateoq₃, agnis in colle relictis
 Euasisse viam, sub ouilia leta ferentem;
 Numinis Agnus vbi, naturæ ab origine cæsus,
 Labe carens, humeris mundi peccata subibat.
 In scelus iuit homo: scelus ergo piare nefandum
 Debet homo, sed cum sit viribus illius impar
 Tam graue peccati minuendi pondus, & iræ;
 Fasce leuet tanto nos ipsum Numen oportet:
 Quod miseros etiam necis atræ limine solum
 Restituisse potest, precibus superare furorem,
 Inserere in mentes oculos, latebrosaq₃ corda
 Orantum, cunctisq₃ malis arcere petentes.
 Tu quoq₃, Flatu operante poli grauis, Isai, salue,
 Semper virgo, semel mater, sine coniuge sponsa;
 Christus (homo sine patre, Deus sine matre) parentem
 Quam numero ex omni legit sibi, matris vt inde
 Filius esset, erat qui Patris filius antè,
 Vtq₃ sator tibi qui fuerat, tibi filius esset;
 Dum paris, Orebi se reddit imagine lucus;
 Quæ subito innocuus virides extenditur ignis
 Per frondes, Dominusq₃ rubis incendia miscet;
 Nec tamen in ventos consumpta arbuta recedunt.
 Scq₃ per illæsas ita fundit luna fenestras,
 Et radijs tingit loca, nocte silentia cæca:
 Ac virga Amramide se, stirpibus insita nullis,
 Induit in letum (dictu mirabile) florem.
 Te quoq₃ monstra petunt, vbi pellibus irrigat imbrem
 Matutinus honos sicco Gideonis in aruo:

Cui pariter spolum pecudis certissima succum
 Nuncia mittit, agris circum imbre natantibus acto.
 Te simul hoc tangit, per flammam quando iuuentus,
 Freta Deo, prunis vestigia salua premebat,
 Nescia sub flammis comprehendere corpore flammam.
 Omnibus heu crimen fecit mortalibus una,
 Progeniemq; neci demisit fœmina totam,
 Committendo nefas: partu das fœmina prolem,
 Quæ reddit miseros erepta denique vitæ.
 Es, per quam mundo sese arbiter ætheris infert,
 Porta: Deoq; caro est nostra in te sanguine iuncta.
 At verò hic ratio pugnam frenanda laceffit
 Carcere: nec promptè bona, quæ communia prestat
 Christus, iners facit esse fide sibi propria pectus.
 Nil valet in sacris homo: Verbi, Auræq; vigore
 Credere posse datur, ceu Christi viuere morte.
 Prestat ut is gratis, quod viuos ita perficit idem,
 Quod credo, & quæ sunt cunctis data, propria sumo,
Dat Genitor, meruit Genitus, firmatq; salutem
Spiritus: vna fides hanc prendit, & actio monstrat,
 Bis genitæ ò igitur Dux accipe mente, quod oro.
 Portus es auxilij, thronus es bonitatis: es ampla
 Vestis iustitiæ, qua tecti Numen adimus:
 Es textum chypei non exuperabile telis,
 Seu rex altitonans meditetur spargere fulmen
 Ob noxis, Erebus seu tendat spicula neruo.
 Vt sis diues, eges: patriæq; vt reddar, es exul:
 Vt regar, es nudus: morerisq;, ut viuere possim.

Verus

Verus es Immanuel, seruator, rexq³, sacerdosq³;
 Et bona, quæ tribuis, sunt damno obnoxia nunquam.
 Te, mihi dona fide, nascente, oblata capeffam;
 Et bene da meriti stet apud me gratia tanti.
 Teg³, in præsepi vestigem, luce relecto
 Verbi, interq³ gregem pastorum, carmina dicam.
 Tunc gradibus scale, quæ vertice sidera fulcit,
 Nitatur Pietas sursum, Virtusq³ deorsum.
 Et quoniam veterem sol circumuoluitur annum,
 Omnia nunc Hydrus secum mala condat in vndas,
 Cuius mane caput Iani lux æquore mergit.
 Nos quoque per septem moto annus cardine portas
 Excipiat: quarum pietatis prima colende
 Ius sibi præscribit diuinum: proxima pœnam
 Atque minas; vitæ diuersos tertia casus:
 Quarta diem extremum; promissum quinta leuamen,
 Si quis non vulnus gerat immedicabile mente:
 Sexta Dei ardorem, qui pœnæ tempora differt,
 Si cui sit monitis mutabile fors an amicis
 Pectus, & in sese prauus descendere curet:
 Vtilitatis opes, & honoris septima gazas;
 Quoslibet ut fœdos obliuio deleat ausus,
 Quorum nos pudeat pigeatq³; vt pœna leuetur
 Debita criminibus; Deus ut sit pectoris hospes
 Vt fata Omnipotens nobis felicia condat.

CHRISTVS CIRCVMCISVS.

Licet honos colitur, qua primo Virginis infans,
 Natus vt est nobis, ita nobis imbuat aram

Sanguine; dum ritus saxo intemcratus acuto
 Signa impressit Abre, nec non, velut ante monebat
 Angelus, imposuit Seruantis nomen Iesu.
 Haud mens nostra capit vim Numinis: ergo capaces
 Mente Dei vt simus, reperit duo. corde tenendum
 Dat Verbum: addit, idem testantia postmodo ritu,
 Signa, vsurpemus que sensibus: vnde voluntas,
 Abdita voce, notis in lucem edatur apertis.
 Auclor Ade dederat monitus Edenis in horto:
 Hinc vbi verticibus vitæ nemus astra petebat;
 Inde cacumimbus sese arbor agebat ad auras,
 Noticiam recti lapsis, prauig³, datura;
 Nomen ab euentu que traxit. idemq³, docebat
 Silua, quod edocuit Verbo Deus, vtrag³, signo.
 Deinde Sator promissa dedit, testata fauorem
 Propter virgineam sobolem: atq³, homo certus vt esset,
 Desuper incensis pia condidit omina sacris.
 Sic, vbi Noa maris casus euaserat omnes,
 Fœdera concepit noua rex hominumq³, deumq³:
 His daret vt testem, nos insit ad ethera vultus
 Tollere, quando secat liquidis sub nubibus arcum,
 Oppositoq³, trahit diuersos sole colores
 Iris, perpetui fidissima nuncia pacti.
 Tandem, vt spem certa de Semine mente foueret
 Tharjades, metuens sacra a resoluere iura;
 Fœderis ipse notam femori pietate colendi
 Imposuit, iusso praputia vulnere demens.
 Hinc igitur testem membris, signumq³, gerebat

Iusticiæ

Iustitie Fidei populus, demissus Abramo;
 Flumine ceu sacro vi nunc lustramur eadem.
 Quippe Salutiferi mittendi pignus habebat
 ille; Salutiferi nos missi pignus habemus:
 Quae legem veterum signorum causa refixit.
 Nostra quoque in peius generis primordia niti,
 Concretasque modis pestes inolescere miris,
 Mos priscus docuit; simul inmedicabile petra
 Esse recidendum vulnus: petra Christe vocaris.
 Præterea monuit ritus, dum membra putabant,
 Debere in melius sætu corrupta referri,
 Non sine lege thori nato, at sine coniugis usu.
 Denique discrimen sanctis dedit, atque profanis.
 Esse quid hoc verò dicam? sibi corpore signi
 Annuit ipse notam generis; quem propter, ab Abra
 Vulneris arcani morem coluere nepotes;
 Et cui non iram viciosus contrahit ortus.
 Iussa pati, & Legis durum ceruice subire
 Dignabatur onus, ne nos labor iste grauaret:
 Condebatque novos ritus, venisse monentes,
 Qui venturus erat, venturi abolendo figuram.
 Monstrabat pariter, super æthere fœdere iunctum
 Esse Deo, si quis, firmans hoc pignore mentem,
 In merito iecit promissi, opibusque salutem:
 Ceu quoque perfusus fluuio docet, esse beatum,
 Si quis, ob Exhibitum, sibi non dubit ante petitam
 In spe ponit opem, quod alit spem flumine signum.
 Nec solum Isacidam morem celebrauit Iesus,

Verum ex re sumsit quoq; nomen id: exit ab illo
 Omnis fonte salus sine fine, opiferq; vocatur
 Iure, favore Dei victo, Styge, crimine, letho.
 Ipse quidem allati fama successit ad astra
 Auxilij Hoseas, pietate inuictus & armis:
 Quo ductore, plaga frenum accepere Chaneæ,
 Purpureamq; vomens animam rex plurimus inter
 Prælia, cum gemitu vitam disperfit in auras,
 Atq; necis nodum sibi vidit ab arbore neci.
 Nec non seua manu Dauides funera misit
 Hostibus: ac Iudas insignijt arua trophæis.
 Talibus at posthac non stat bene gratia factis:
 Omnia tempus enim benefacta hæc vertit in Austros.
 Solus tu peragis sacra dona, perennia solus,
 Maxime Servator. Tibi grata resolvimus ora,
 Quotq; quibusque modis iam possumus (omnia nanq;
 Vix, satis vt grates dicamus, secla per eum
 Sufficiant, multo vite minus hora fugacis)
 Quod non pollicitis tantum nos dulcibus imple,
 Fœdere composico: sed das quoq; languida robur
 Colligat vnde Fides, certæ monumenta saluti:
 Quod iam Sina, fremens clangore, tonansq; fragore,
 Et flammæ glomerans fumumq; haud amplius atram
 Lege fugam immittit nobis, acuate pauores:
 Quod Stygis es domitor, labem, viciumq; cruore
 Diluis, arma necis contundis, & agmine circum
 Anguis atrox capitum stetit haud rationis egentem.
 Nil sædus, quod mis nobiscum, crimine ledat:

Perpe-

Perpetuūq; nihil pacti argumenta profanet;
 Et, Seruatorem te votis vsque cientes,
 Nos tua defensor der iniquo dextera bello;
 Quod Scelus hinc, illinc Orcus mouet, atq; tyranni.

M A G I.

LVx Deus est oculis, & menti imperuia caeca:
 At Soboles iubar est, & lucis imago paterna,
 Percurrens radijs orbem, reteregeſq; Parentem.
 Splendor hic ortus erat: signa illius ergo serenus
 Seme satis fulgor miſit, vibratus ab aethra
 Nocte, ſalutiſeri qua partus conſcia cantum
 Audiuit ſuperūm, inſitq; ediscere ſiluas
 Montis Ephratei. monitus quoque ſidus eoſdem
 Inde dedit cretis Iapheto: nanq; ſecundo
 Mox anno, officioſa noui ductoris in ortum,
 Curſibus inſuetis caelo noua duxit Eoo
 Stella facem, inſignem vi lucis, iterq; docentem
 Aëris in campis, Semis ſub recta tenendum.
 Prodigijsq; poli, Vatumq; hortatibus acti,
 Perſarum proceres (aris imponere honorem,
 Et dare ius ſoliti populo, & ſupponere caelum
 Ingenio, & ſtudijs Muſarum intendere mentem)
 Dona tulere: viro myrrham, ſtaetesq; liquorem,
 Thura ſacerdoti Panchæa, talentaq; regi.
 Atq; precatorem venerati hominemq; deumq;
 Reddentem in melius labefactos, parta per illum
 Spe ſibi dona capi, docuerunt dona ferendo:

Et

Et vicere viam pietate, fideq³ malignam,
 Persida Bethlemijs qua longe diuidit aruis.
 Vt sacra Lamechiden vnum cum stirpe carina
 Exitio arcebat, cum molem tolleret vndis
 Oceanus, terras fluctu indignante prementem:
 Sic etiam solus prohibebitur ille periculis,
 Ad iuga qui Moria, Christi rate vectus, adhesit.
 Talis erat primum tantummodo Seme creatus,
 Cui promissa dabat Numen de Vindicis armis:
 Cætera gens hominum, cuius ludibria vento,
 Voluebatur aquis sine Numine, nocte negatum
 Inuolente diem, portu cedente retrorsum,
 Auxiliq³ Noto spem discerpente per auras.
 Sed fore, Iâphetum Deus vt permulceat ore,
 Inq³ boni partem Semea sede receptum
 Olim adhibere paret, diuino ex ore Noëus
 Ipse canit. certumq³ habuerunt omina pondus.
 Omnis in Abrami sibi gens bene Semine dicit,
 Quâ pelagus terras amplectitur: inq³ Sione
 Angulus ad rupem compagine parietis arcta
 Nectit vtrumq³ latus, nos, Ifacidasq³, coërcens.
 Caudice quin etiam secto (memorabile dictu)
 Truditur ex olea folijs oleaster amaris,
 Vertat vt in ramos hic illius, vtq³ colendo
 Molliat agrestem cœli indulgentia fructum.
 O igitur lateri Perse agglomeremus ouantes,
 Quæsitumq³ Ducem fortuna vt amur amica.
 Sed quis habet locus hunc? quo gressum calle feremus?
 Inuentum

Inuentum ecce Sion curabit, sacra professus
 Dogmata: si quis habet Verbum, quem querit, habebit.
 Submissi genibus terram, vultuq; petamus
 Christi adâm in populo: thesauris inde reclusis,
 Accumulet Christi genitricem, templaq; donis
 Quilibet; ac faciat dona, aurum, thuris acerram,
 Et myrrhæ lacrymas. dabis aurum, quando decenter
 Frena reges vitæ, fideiq; ardebis amore:
 Thura dabis, quoties incendes astra querelis,
 Et grates seruatus ages, nec, territus hoste,
 Vertes terga fugæ: myrrham dabis, aurea vincet
 AEquo vbi corde malum patientia, robore septa.
 Quis facile vt fatum respondeat, effice Iesu.

CHRISTVS PVER IN TEMPLO.

O gratam famam de voce, Sione remissa:
 Ibumus, en portis ascensum inuitat apertis
 Sacra domus, Iouæ laudes ad sidera iactans
 Doctrina eloquio cantuq; lyraq; sonore.
 Ibumus: en aditum puerilibus occupat annis
 Ipse simul Christus, sapientia Numinis exlex.
 Prestat enim duo: morte litat sacra; morte redemptos
 Sanctam in virtutem simul excitat inq; fideles
 Exemplis animos, ea sensu vt quisq; reponat.
 Feste æternus honos lucis celebrabitur inter
 Cœlicolas, mundi post fata: ter ergo beati,
 Inter quos etiam, cum Christo templa petentes,

Seruant

Seruauit sacra festus honos, dum vita manebat.
 Arduus hic at enim labor est? bene colligis: vsus
 Viribus est: quid alat vires, aduerte, docebo.
 Principid in superos oculos, animumq; referto:
 Dein tibi cura tui crudelia pectora tangat:
 Tandem mente patrum repetas exempla piorum.
 Vnigenae meritis, & amore salutis adactus
 Ecce Deus, Deus ipse, plagam maris inter vtramq;
 Omnia sub pedibus cernens vertiq;, regiq;
 Concilium cogit per terras vera monendo,
 Intra tecta Dei gentes vt foedera iungant.
 In partem has caeli vocat ille, bonisq; tot auget;
 Has regit; hisce praest; hasq; erudit; hasq; tuetur.
 Vertit is ad terras quoque blandi luminis orbes,
 Cuius vbi Ioue cum Principe carmina dicis.
 Vnius id meritis Christi referamus oportet
 Acceptum. haud steterunt haec ipsi muner a paruo;
 Quae dat tanta pijs, vt non maiora supersint.
 Lucis inaccessæ Numen se limine sepsit,
 Quod non fas acie cuiquam, aut contingere sensu:
 Filius hinc solus gressum extulit, alta capessens
 Consulta; & Patris conspectum, in luce latentem,
 Reddidit, effatus: quænam sententia constet
 De genere humano, meliora in fata vocando;
 Quæ sint regna Dei; qualis sit; quid hæc requirat.
 Semet non refugit nobis impendere, maius
 Quo dare nil potuit: sacrum Genitoris ab ore
 Aspirat Zephyrum, si quem pia semita ducit;

Quae meruit letho, nobis ea donat habere:
 In melius reddit, magnum sit vt instar in ipsa
 Effigiem diuim, populatam demonis astu.
 Intra pectus Ade sedem sibi cura locarat
 Numinis, instituens summo de nomine templi,
 Vi Domini, ac donis opulenta, poliq; saure,
 Fultaq; septenis trabibus, radiantibus auro.
 Captus ac insidijs, periurijq; arte colubri,
 Postquam cepit homo res nostras vertere fundo;
 Mens auersa Dei est, exutaq; pectora donis:
 Excedensq; adytis Auctor polluta reliquit
 Hospitia, & sedes Nati traxere ruinam.
 Curat is ergo domum destructam at tollere relictis,
 Saxo, vtrumq; latus necente, perennia late
 Fundamenta locans; quo noxius abstulit error
 Reiecto artifices, fato vsos ante sinistro.
 Nos designatos quoque vite hinc esse probamus,
 Extra hoc concilium cum nemo salute fruatur,
 Nosq; bonis tantis Verbi communicet vsus.
 Nec desunt exempla, duos (monumenta gerentes
 Rerum, incisa notis, tabulisq; expressa) colossos
 Caelo eduxit Adas Morie sub rupe sacrati,
 Christus vbi sigendus erat cruce, secla nepotes
 Patrum hic prima suos in caetum saepe vocabant,
 Vt coleretur honos sacrorum, his aequoris vnda
 Deletis tabulis, noua, quis imponat honorem,
 Noa, ereptus aquis, altaria marmore ponit.
 Excitat hinc aras Chananeis exul in oris

Tharisa

Thariades, sanctusq; nepos. tentoria Moses
 Deinde locat sacris per inhospita saxa colendis:
 Silo quibus fessis humilem dat postmodo sedem,
 Donec verticibus Solomonia templa minantur
 In cælum statuitq; pius recidua Nemias.
 Ac sanè grauior quæ sanctis regibus vnquam
 Pectore, Dauidi, Iosie, cura sedebat;
 Quàm Domini vt grato celebrarent carmine laudem
 Cum cœtu populi? quisuè acrior ardor habebat
 Virgineum puerum, quàm longum Patris ad eadem
 Vt tenero pede ferret iter, pluresq; docendo
 Conderet hic soles, matrem via quando reduxit?
 Tale decebat opus Verbo, non Marte, potentem:
 Aggæusq; decus templi fore tale, videbat.
 Amissam sobolem sermone viaq; requirit
 Mater, in ops animi, crudeli fixa dolore:
 Ceu quoq; mens Christum pia sepe amittit omissum.
 At templum vt matri puerum, sic reddit Iesum
 Vox miseris, cuius thesauros templa recludunt.
 Perfectis comitem se rursus honoribus addit
 Tendenti in patriam generici: seq; suprenus
 Sit licet, vsq; gerit submissum: exempla q; condit
 Subiectis, horum tolerantia, dicta, voluntas
 Ne sit ijs pigra, frena quibus dedit ipse regenda
 Regnator superum; quosq; excellentibus idem
 Affecit donis, partem vt sibi vendicet alter.
 Facta tua & laudes fero carmine, muneris Auctor
 Ingens ingentis; quòd, te duce, fata sequenti

S I O N I A :

33

Intulimus rectis vestigia certa beatīs,
 Nos vbi diuitibus thesauris largus egenos
 Afficis, atque doces ad cælum euadere scalā,
 Obiecta Isacida per somnia; quodq; sereno
 Discis ore Papæ noctem, Mahometis & vmbra's,
 Incautosq; mones, quoties later anguis in herba.
 Sit donum hoc proprium, sit idem incundius auro:
 Inq; adytis Moriæ vultum quærentibus offer.
 Effice præterea bonus, vt, quia iussa dedisti,
 Omnia te memores capiamus, ad orsa magistrum.

 NVPTIÆ CANEN-
 SES IN ARVNDINETO.

Quæ sit, auctor opus nonit: simul ergo creata
 Numen obit visu, mentemq; per omnia versata
 Singula sunt, inquit, verè bona terq; quaterq;
 O vocem, dignam sinuoso in pectore figi,
 Ambrosiaq; fauis tinctam, curasq; leuantem,
 Vim quoties pluuijs Orion incutit Austris.
 Fulminis ò vocem torquentem tela trifulci,
 Iudicis ante thorum quæ sternet corda pauore,
 Si quis opus legesq; sacras in crimine rapit.
 Talis at est cultor Maosi, coniugis osor:
 Talis, qui vitæ sine connubialis amore
 Vultus alit venis, membris aspergere virus
 (Pro quibus exoluit se Christus in arbore membris)

D

Nilæ

Nilq̄ Deum veritus prohibere, salutis egente,
 Pectoris hospitio, misereri & adesse paratum.
 Denique talis erit, qui (dura lege maritos
 Sæpe videns alia ex alijs in fata vocari,
 Lappasq̄ & lolium dominari crebris aruis,
 Surgere quod terris iubet ultio pro Narcisso,
 Munere pro Cereris leto, Autumniq̄, corona)
 Liberioris iter campi triuisse requireret
 Impatiens oneris, timidusq̄, laboris & Euri:
 Cælibis vt vita magis optet in ocia solui,
 Quam vinculis dare colla, iugo succedere longo;
 Vrḡ, onus esse putet, qua sancit, queq̄, probauit,
 Et seruat superum sapientia, nescia vinci;
 Inq̄, Dei factis vt nunquam cernat acutum.
 Hæc oculis lippus qui non malè seruat inunctis,
 Obtutu ora tenens, fixaq̄, ibi mente moratus;
 Ille voluptatem capit, ac mala speq̄, fideq̄,
 Fallit, leticiaq̄, animos ad sidera tollit,
 Proq̄, bonis laudes grateq̄, agit, inde petitis.
Crux comes est fidei, schola religionis, origo
Virtutis, fomesq̄, precum: parere negantis
 Cru x index animi, testis patientis & aucti
 Robore, diuini monumentum ac pignus amoris,
 Lausq̄, p̄, afflicta referentis imagine Christum,
 Nec propter lucrum celebrantis sacra profanum.
 Nec verò vsque ruit cælum imb're, trahitq̄, procellas:
 Sed tempestates iterum Sol ore serenat.
 Fatq̄, cum poscunt Christum, se tristibus affert

Letus, & his animos diffundit munere dulci,
 Crateras grauidos statuens, & vina coronans.
 Hæc qui nescit, cum fallunt aconita legentem,
 Isq; rosam spinis vallatam carpere temnit.
 Haud genus hoc vitæ Sator odit: imibat id ecce
 Intemeratus Adas, dum res stetit integra regno,
 Culpaq; per terras nondum vestigia fecit.
 Qui vult sacra coli, templis indicit honorem,
 Transcribit ciues vibi, legitq; senatum:
 Idem à coniugio duci probat omnibus ortum.
 Coniugibusq; nouis Aura sax prætulit omen:
 Qua stimulante, pijs casto diuinitus ignem
 Pectore versat amor, sine fine incendia miscens.
 Viq; Deus sponsis dixit bene, sidera natu
 Et terras & aquas mouit: cecinitq; hymenæum
 Hesperus, ac partes assensu impleuit Eous.
 Quid loquar, ad thalamos cætum vt celebrârit Iesus?
 Nec dapibus fungi genialibus ipse recuset?
 Viq; thoro, primum sociato, primus honores
 Intulerit, qui seruat adhuc Galileidos arua:
 Pocula dum largis Acheloia temperat vuis,
 Munera iam commissa gerens, afflatus & alto
 Numine, iamq; pedem Cocyti ex hoste reportans,
 Tres sese in facus vertente, ter arma mouente?
 Denique connubium nixu sub luminis oras
 Nonne tulit vatam genus omne, patrumq; ducumq;?
 Nonne Dei sobolem dat partu sponsa sub auras,
 Signa pijs dantem, sibi vitam vtramq; placere?

Nubila suæ dies erit ergo, siue serena:
 Vir sacrum esse thoris sit scædus, sitq; probari.
 Ac licet omnipotens hominum rerumq; repertor,
 Stirpe virum genus vnde noua reuocaret, habebat:
 Ex alijs alios tamen hac generando nepotes
 Sufficere, & Nato gaudet vice condere gentem.
 Nam visum superis, vt homo sic iussa capessat,
 Et fati animos aptet, quocunq; vocarint:
 Areaq; in curam pateat magis inq; laborem
 Parendi monitis, & amandi sanguine iunctos:
 Et, quam Christus amet sponsam, augurex inter amandam
 Mensq; Deum castum caste sciat esse colendum:
 Nec desit medicina malo, quod pectore scuit,
 Spes dubijs, columen latis, solamen acerbis,
 Auxilium miseris, vis sorte laboribus æqua.
 Expedit inde manum, tædas exosa iugales,
 Ennemis, vt monstro thalamos permisceat atro,
 Confiliunq; Dei vertat. cum læsit Adamus
 Fœdera, mox oculis animoq; obiecit Erinnyem
 Anguis, vt in gemitum vir iniquum solueret ora:
 Prima mali labes è coniuge ducitur, inquit.
 Tristibus hinc centum maduerunt fletibus anni,
 Vsu coniugij spreto, dum prima petebat
 Patre fugam soboles deserto, & fratris ab ictu
 Altera plangebatur prostrato corpore terram.
 Nec fortasse thorus iunxisset rursus amores,
 Cladibus oppressus tantis nisi iussa dedisset
 Ipse thori inuentor, qui digere omnia nitu.

Inde

Inde Cainē satus rupit, iungentia binos,
 Vincula connubij: thalamiq; affectus Echidnis,
 In partem haud metuit plures adbibere maritas.
 In furias tandem genus omne ignemq; ruebat,
 Membra vagam in Venerem soluens, temeransq; pudor
 Furtag; turba luit, pœnæ inuigilantibus astris, (rem.
 Plurima. quippe Deo nihil aggerat altius iras,
 Quam quis vbi, Idolis sacratio, thura dat igni,
 Vulgiuagæq; rotis Cythereæ immittit habenas.
 Hinc intermissis effunditur imbris æther,
 Et pelagus tumidis inuoluit fluctibus orbem.
 A Domino hinc fulmen Domini manus incita iactat,
 Sulfureas torquens hyemes, vt mersa saeuillis
 Oppida nunc iaceant. animam dedit incolæ ferro
 Hinc Sichemæ: Abramidas grauis hinc furor ensibus hau-
 Virgo sub amplexus his cum Moabitis iisset. sit,
 Stirps hinc Biniamidum bello dedit alta ruinam;
 Et pateras Annon fœdauit sanguine cæsus,
 Cogitur hinc tacitis vitam committere filius
 Ifacides exul: ruit hinc à culmine Troia.
 O sator omnipotens hominum, castiq; repertor
 Fœderis, in curam te dæ consurge tuende,
 Vngenam propter: qui, sponsa natus, amauit
 Ex genere humano sponsam sibi funere parram.
 Castus bonos vitæ socialis ritè colatur,
 Ordine seruato, quem condis: onusq; ferenda
 Et tibi parendo superemus, & admirando
 Munus opusq; tuum. nostra quoq; plurima surgat

Sanguine Christi adūm gens: interdumq̄, reducat
 Leta dies solem, tristi sub nube latentem.
 Tuq̄, ô Gnate Dei, ne sponsam ardere recuses,
 Quam tibi legisti, rugis & labe notatam:
 Sponsaq̄, amore pio tibi respondere laboret.
 Illa tibi supplex terra se sternit ad aram:
 Accipies serues acceptam: & Patris ad ora
 Hanc sistens, iungas aeterno foedere pacem.
 Nuda tegas, ornes deformia, saucia sanes
 Membra, vadis tingas squallentia, languida morbo
 Restituas: foueas inopem, tue aris inermem,
 Des veniam erranti, detrusam in scepra reponas.
 Et quoniam tadas celebras per arundine rura
 Confitas nulla merum nobis vbi pocula fundunt,
 Sed lacrimis tristiq̄, exuberat hydria felle;
 Atque vbi iam duro, non opportuna rogantes,
 Vultu sepe tuos auerteris: effice queso,
 Ne calamis, sedem solitis præbere caducam,
 Turbo tyrannorum Satanæq̄, incumbat iniquo
 Impete, & expulsos radicibus eruat imis.
 Et, quando hora vocat te commoda, vna ministros
 Donec calicollim mensis accumbere detur,
 Dulci vbi ponentur spumantia nectare pocla.

LEPRO-

L E P R O S V S S A -
N A T V S ,

&

Seruus absens Centurionis.

C Vm video Christum, memori tria mente reuoluo,
 Ioannis monitu: quod Vox, Patris edita corde,
 Induit in corpus se vile, malisq; probauit
 Obiectare caput: quod famam terminat astris
 Gloria, doctrinam Seruantis opusq; sequuta,
 Hoste triumphato: quod amamur propter amatum,
 Veraq; Messias verus bona prestat in eum.
 Iamq; illius honos fulgentibus aethera carpit
 Alarum velis, dum pellit voce dolorem;
 Qui, lepra inficiens artus, neruosq; resoluens,
 Non amat artificem morbi, medicabilis herbis.
 Que verò ingenti par respondere fauori
 Laus poterit? Deus haud modò sacra dat, abdit a Verbo,
 Tramite nos sistens, ad Olympum ritè ferente:
 Sed simul, vt figam stabili vestigia gressu,
 Concipiatq; Fides vim pectore, quattuor edit.
 Omnibus ille tulit manifesto numine Legem,
 Conspectu in medio populi, Israëlè creatis
 Quando minas tollens, Sineq; cacumina telo
 Desiciens, hiemem nimbo egit & igne per auras,
 Increpuitq; atras nubes, hausitq; pauore

D 4

Pectora

Pectora spectantum. penetrabilibus inde reclusis,
 Verba Patris Natus portauit, missus in orbem
 Aethere: qui grato se blandior ore ferebat,
 Optatus captis formidine Legis; & idem
 Iussa dedit Patribus sub imagine saepe virili.
 Primum hoc pignus habes. Promissa quoddam adde, Creator
 Atque minas repetens iterumq; iterumq; docendo,
 Non patitur minui solamina, iurave tolli:
 Quodq; ministerio sanctorum, & Prolis, & Auræ
 Israël's agit portantes lumina currus,
 Quà patet orbis iter. Tum iurans ecce fideli
 Concutit ipse caput nutu, insuperabile letho;
 Seq; facit testem, qui maximus omnia prestat.
 Denique pondus adest monumento Fontis & aræ,
 Quam Christus posuit cœnæ: arrexitq; tremorena
 Alta fidemq; manus, naturæ saepe reflexo
 Iure, ac Tartareo raptis ex hoste trophæis.
 E quibus in seros dignis hoc mittitur annos
 Laudibus; afflatus quoddam fidere, quodq; leprosus
 Deposuit morbum, re Christi oracla probante.
 In montem Thaboris multis cum millibus heros
 Se medium tulerat confessu: hic, vera monente,
 Detinuit sermone diem, diuersus ab illis,
 Qui pro consultis se Legis in Vrbe gerebant:
 Hinc, ne dicta Notis caderent, è monte reuersus
 Presentem exhibuit mox diuum, insueta leuando.
 Ac sanè orantes promissimus ille salute
 Afficit; atque solet dare plus, quam saepe rogamus

Mundus

Mundus ero, si vis; inquit leprosus: is ore
 Vix sonus exiiderat, cum talia reddit Iesus;
 Sis mundus, volo, rursus agat se corpore seruus
 Incolumi, rogo; miles ait. mox ille; ministrum
 Sanaturus eo. Mora non tenet vlla fauentem,
 Sed quænam ratio dat, votis pondus vt insit?
 Præstat id vna fides, & stans fiducia Christo.
 Subnixi folio Christi, penmasq; mouente
 Stipati ignigenum populo, sibi regna videtur
 Metiri Amosides oculis, benefactaq; nosse.
 Extruitur iuxta candentibus ara fauillis:
 Vnde vnus Seraphum correpta forcipe pruna
 Occupat os Vati, scelus exuratur vt igne.
 Sic dum, morte sua partis, altaria Natus
 Muneribus struxit, tot amoris alentia flammæ;
 Instrumenta Fides, quis prendimus ista, ministrat.
 Crescit amor fidei, quantum ipsa pericula crescunt,
 In gremijs ponens Christi omnia: cuius in armis,
 In meritis, in amore locat fundamina votum.
 At modus orandi quis erit? cœlestibus æquè
 Cuilibet est vsus, deq; his promissa tenendis
 Conditione vacant: ergo hæc sine lege petemus,
 Nec spes hausta fluet, terrenis atque caducis
 Cuilibet haud opus est æquè, vt vel robore Simson,
 Vel sit Abras opibus, vel mentis acumine doctæ
 Dauidides; & adhæc metimur talia rectè
 Patris consilio, veræq; salutis amore:
 Haud igitur dandis tempus numerumue modumue

Præcipiemus ijs, quæ conditione reguntur.
 Nec locus est etiam discriminis inter egentes
 Auxilij, coram miserante, pijsq; fauentes
 Seu sit inops, seu sit diues, seu stirpe sit ortus
 Isacidum, seu sit gentili sanguine cretus.
 Crede mihi, est opifer Deus omnibus æquus & idem.
 Testes quæris? adest Tiberina diues ab vrbe
 Centurio, nec non Solymea pauper ab ora:
 Mente, precatus opem, rata vota fouebat vterq;
 Christe, salus inopis, moueo tibi carmine vocem:
 Corda quod ore tuo mihi formas; inq; recepto
 Non modò, sed pariter signorum in teste recumbit
 Inclinata fides; nec habes discrimine dotes
 Nat alesue hom. num. Cum Centurione leprosum
 (Dum peto fessus opem) te dante, imitamine reddam:
 Et mihi sis idem, qui tunc vtrique fuisti.
 Quando rogabo, mihi quoq; dic: Volo. quando precabor,
 Dic etiam mihi promptus: Eo. tandemq; beatis
 Accumbam dapibus diuinum, quas sancta celebrat
 Progenies patrum, Iacobus, Isacus, Abramus.
 Ad mea si spectas merita, haud sum dignus, vt orem:
 Ad tua si spectas merita, en sum dignus, vt orem:
 Iussa tua & fauor est promisi dignus, vt orem:
 Et per te propter te solum es dignus, vt orem,

CYMB A UEHENS
CHRISTVM, ET TEM-
pestates sedata.

Albescit veluti lux primùm, deinde rubescit,
Tandē insigne iubar magis ac magis aethere tollit .
Donec traijciat medium sol cursibus axem :
Sic pia vis primùm scintillas, postmodo flammās
Verbi ex igne rapit; tandem omnia luce reuident.
At si nosse petes, se fumida lucis in ignem
Colligat vnde Fides: pavor insinuabit in ossa.
Haud Deus esse modum facilem sinit: inter atroces
Surgentis pelagi fremitus, Boreæq; procellas,
Et seuā anguigenū rabiē, & Phlegethontis Erinyn,
Suscitat en Vestam sopitam, & follibus auras
Accipit ac reddit, perducens inde fauillas
Ad flammam, ut radijs splendentia prouocet astra.
Hinc etiam comites, quos tot sermonibus ante
Et monstri omnibus monitisq; tenebat Iesus,
Contrahat ut vires spes laxa, pericula lustrant.
In latebras fessus cymbæ se conijcit heros,
Lumina declinans somno: & Gadarena petentes
Littora, Genesare socij pellunt vada remis.
Iamq; tenent altum, & lacus vndiq; & undiq; cælum:
Continuò torquent hiemem Zephyrusq;, Notusq;
Et fera tempestas nimbis effunditur atris.
Nocte diem inuoluit turbo, cœliq; ruina:

Aëris

Aeris vsq; cunctas elusa fragore
 Fulgur a: turbatis molem aestus tollit in undis.
 Vires carina latus dat fluctibus: omnia lethum
 Inrentant: nec iter regit ars fortunante cursu.
 Ergo pectoribus tansis ad sidera tollit
 Exanimata cohors gemitus, heros, tapetis
 Extractum, somno excutiens: vox vna: perimus,
 Affer opem. Quid vos mare luctibus externavit?
 Quobue mei vobis fiducia cessat: is inquit,
 Nec mora: componens fluctum, indignantia vultu
 Stagna fretri placat, tempestatemq; serenat,
 Hic Deus, hic Deus est: nutu (ferit ethera clamor)
 Illius ecce Nori ponunt, & sternitur aequor.
 Talia dum specto: saevi maris obruta fluctu,
 Agminis hic animum mihi sacri stringit imago.
 Namq; vobens Christum, raris est Ecclesia: mundum
 Aequora designant: Satanam vis aspera monstrat.
 Per mare naufragum perq; insultantia monstra,
 Per breuia & Syrtes, per Scyllam, perq; Charybdim,
 Per Malea scopulos cursum contendit iniquum,
 Sacra Deumq; ferens, puppis, fluctumq; fatigat.
 Bella gerunt venti circum, & velut agmine facto
 Incumbant pelago, nauimq; inuoluere certant
 Fluctibus ac nimbis ruptusq; tonitribus aer
 Terrorem ingeminat. quippe hinc offensio sanctos,
 Mundi ex illecebris vicisq; excepta, labantes
 Impulsu petit, atque hostis metit omnia ferro:
 Inde malis cumulat nos Orcus, totus in illis.

Tempusq;

Tempusq; arripitur, cum, d.ß. mulantia curans,
 Lumina Dux somno tegit, inuolabilis armis.
 Quò verò nosmet referemus? gurgite pressi
 Nouimus, ire Dei rem nuta: nouimus vna.
 Haud scelus ob dirum superos exposcere mulctam:
 Denique nos, Christi seruantes terga sequendo,
 Cymba mari accepit: nec, dum conscendit Iesus
 Puppe salum, vectos exponet in æquore pinus.
 Non ille aëriæ linquet promissa procellæ,
 Si modo spes restans soluat clamore soporem.
 Mox se corripit somno: dumq; efferet ora,
 Externata malo sensus in corda redibunt,
 Concipietq; Fides noua pabula, surgere tentans
 Igne interrupto, tum cuncta pericula, viso
 Militiæ domino, liberrima tela gerente,
 Et maris ac terræ tempestatumq; potente,
 Maturare fugam querent: portumq; tenebit,
 Hostibus inuitis, cælesti puppis in arce.
 Maxime regnator, cui militat orbis & astra:
 Quo ductore, Noë vasto acta carina profundo
 Contempsit pelagiq; minas, cæliq; furorem:
 Da simul, vt ratis hac, quæ te duce vela tetendit,
 Reliquias seruans, sacrorum, perferat omnem
 Vim maris & cæli, frustra exultantibus æstu
 Fluctibus: & cursus optate aduertat arenæ.
 Inq; malis medijs, timido quæ languida lapsæ
 Vix inunq; radebat iter, sublimius alis,
 Virescens aucta, Fides se credere tentet in auras,

Donec

Donec honore nitens caput inter nubila condat.
 Virgo Sionis inops olim has dabat ore loquelas :
 Quò tibi pulsus amor nostri? quò cura recessit?
 Alme Parens. cui reddebas: capientne parentem
 Vnquam inimica sui fœtus obliuia? certè
 Non capient. at, quæ scopulos in pectore gestet,
 Fac matrem esse: tui curam tamen vsque fouebo.
 Signa tui fide mandauit nuncia dextra.

OBLATIO CHRISTI.

O Aeterne Parens: felix, qui credit & optat,
 Que non vidit; ait Natus tuus. ergo præhensum
 Ecce fide Christum tibi tendo, Sionis ad aram
 Quem fouet amplexu Simeon, oculisq; pererrat.
 Me precor ardeto, velut ardes Prole: negato
 Nil mihi, quando precor, velut huic nihil antè negasti.
 Nanq; mihi est Soboles tua carnis fœdere iuncta,
 Fœdere, quod nescit dissolui, & nostra locauit
 Membra throno cœli, persona ipsius in vna.
 Teq; eadem affecit precio dignissima iusto,
 Ob peccata tibi quod debeo. parcere cures
 Nato, si renuis mihi parcere: brachia tendit
 Nostro è corde tibi, votisq; incumbit iisdem,
 Quæ dabat in mortem vadens: prestabis amorem
 Sanctis, vnigenæ quem prestas fidus ab eno.
 Sic ego: cum retulit Pater, omnia voce serenans:

Filius

Filius hic meus est, quo gaudeo: propter amatum
 En amo te placatus, amas qui credulus illum.
 Sic ait, adiuratus, caput mare, sidera, tellus
 Quod nil maius habent. Timor ergo d' omnis abest
 Hanc tecum d' Simeon vocem cum sanguine fundo:
 Nunc nunc loua tuum seruum, vt promissa dedisti,
 Auxilio tutum dimittis pacis: Iesum
 Vidi, & cordis eum tenui complexibus imi,
 Qui lux est populis, totiq; salutifer orbi.

Z I Z A N I A.

TV quis es? e' cætu qui te, sacra verba professo,
 Corripis in latebras, & ibi tibi somnia fingis;
 Contendisq; pios credi, non posse videri.
 Tu quis es? immixta sanctis qui gentis ob ausus
 Sacrato reuocas, offensus ab agmine gressum;
 Visq; pium vt nullò maculetur crimine nomen.
 Tu quis es? in regno dura qui fronte beato
 Te pro ciue geris, nec sancti nominis imples
 Aut implere studes mensuram, vt crimina vites:
 Quos tibi det monitus sub imagine Filius, audi:
 Audite hæc omnes, audite, exclamat Iesus.
 Aruo triticeæ spem credit messis arator:
 At, dum nox oculos animosq; habet inter agrestes,
 Clam viciat a solo turbator & illius os
 Semina supponit: leta inde per ordea tristis

Carduus

Carduus, & gramen dominatur inutile campis.
 Mirantur serui : sed herus ; vestigia nosco
 Hostis, ait : nec opus, ferro insectemur vt agrum.
 Qui vellendo parat lolij discludere morsum ;
 Spem refecat multam segetis, simul orde a vellens.
 Parcite : messis vbi falcem matura vocabit,
 Spicas, & sterilem mergis supponet auenam
 Messor, vt hæc detur flamma, illas area seruet.
 Hæc quid imago velit, scire expetis? accipe Christum
 Sub forma agricolæ ; Phlegethontis monstra sub hoste ;
 Omne latus mundi sub agro ; sacra rite colentes
 Germine sub lato ; sterili sub semine prauos ;
 Sub messe arbitrij ius ; sub messoribus agmen
 Cœlicolum. Segetes vbi siluam lappaq, tollit,
 Ante oculos interq, manus sunt omnia nostras :
 Sic quoque, dum Verbo regni moderatur habenas
 Filius, haud latebris sanctos cobibebit Elenfis.
 Ac velut haud fieri poterit, quin inter aristas
 Carduus vrat agros, & messes spina fatiget :
 Sic etiam semper sceleratorumq, bonorumq,
 Inueniet numerum pius affluxisse Creator.
 Quidnam Christigenis te proripis ergo relictis,
 Propter mixta bonis mala? fors ita tempora versat.
 Nec fator is lolij per culta nitentia crimen
 Sustinet : hostis humi paliuri semina spargit,
 Inuidus hostis : adest, aderitq, hic, & affuit vsque,
 Dum nox insidijs furtisq, fauebat opaca,
 Et securâ sopor laxârat membra quiete.

Ergo cauebo mihi? caueas: nam leta colonos
 Spe quoq; saepe seges ludit: vigilasne, coacta
 Gens Verbo? vigila: capiant nec tedia mentem.
 Incipit hostis atrox paulatim abolere satorem
 Christiadium, sceleris malesano donec amore
 Peruertat resides animos, desuetaq; corda.
 Quid verò sentes non vellimus? anne Potestas
 Et gladium & fulmen condet? male colligis: imò
 Fulmen in impuros librare ac ducere ferum
 Ipse magistratum iubet Auctor legis & ara:
 Sed, ne desit agro seruorum cura colendo,
 Hortatur. labor est terræ impendendus arata;
 Sunt pingui saturanda simo sola, reddat vt aruum
 Semina maiori cum scœnore: nullaq; cautos
 Agricolas fugiat vigilantia, tollere forsan
 Si possint animos sata, segnibus obruta spinis.
 Degener Isaias sic infelicis abibat
 In formam lolij: quod non vellentè Nathanes,
 Imperium exercens durum, mox yngue petebat;
 Quò meditantur pressa ordea rursus honorem.
 Nec sua parcenti sors absuit: Inter iniqua
 Germina culmus iter sursum egit, & horrea vicir.
 Sic voto agricolæ non respondisset agellus,
 Ianua si venia Mariæ præclusa fuisset,
 Quæ curam in vetitis consumsit amoribus omnem.
 At Cererem in spicis vbi lappa intercipit herens,
 Et frustra expectat speratas area fruges,
 Nec locus est monitis corda inter, inertia dumis:

Vepribus immittet loliog³, incendia messor
 Vltima, seruato Cerealis mergite culmi:
 Ac pœnas tandem dabis improbe, siue tyrannus,
 Siue, Deum ridens, Epicuri de grege porcus,
 Siue cothurnatus, siue irreuocabilis ausis,
 Siue Cainus eris, siue idololatra; siue
 Te geris ore probum, sed mente manuq³ scelestum.
 Talia ne tangant me fata, ter oro, colone
 Raris, inundantis tibi sanguine, let aq³, Verbo
 Semina mandantis gremijs. Labor additus eben
 Frugibus est ingens: culmus rubigo perurit:
 Horret agro tribulis silua aspera, nocte sepulti
 Dum sumus, aut mentes alio diuisimus agras.
 In me forma simul spinæ cadit: attamen idem,
 Te duce, culturæ patientem commodo mentem,
 Vt via rumpatur, quæ subsunt, frugibus. vngue
 Ne legar ante diem: sed ariste in fertilis artem
 Me cultu subigente voces, vt pingua sulco
 Pabula concipiam, nullis obnoxia flammis.

V I N E A.

Pone animos Pharisee; metum seclude Caine;
 Gratia sola fide sola facit esse beatos.
 Non meritum est tanti, non sunt quoq³, crimina tanti,
 Vt tibi sit vel ob hæc vel ob illud gratia parui;
 Quæ Christi in regno nostræ dat iura salutis.

Ex

Ex merito pœnam sub aquis Stygis impius haurit :
 At pius ex merito non ducitur ætheris intra
 Præmia. crede : fide vines sine munere grãtis.
 Nullum in personis, nullum est in tempore pondus :
 Munus idem capiunt. Dauides atq; Manasses ;
 Et Christi genitrix, & Magdalis obsita stupris.
 Fallor ? an hæc maiora fide tibi forte videntur ?
 Sacra dabit testem sub imagine Vineæ dulci :
 Cuius rubra Patri labris vindemia spumat,
 A Nato pedibus calcata, elisq; prælis.
 Vite acclivæ solum tumulis, soliq; supinum
 Conseruisse inuat, cur amq; impendere cultæ,
 Respondere pavet voto vt propago quot annis.
 Matutinus agit se vinitor, acriter instans
 Huic operi, & promptus, dum solruat, ire, redire
 Sæpe viam, agricolæ vt contrahat, absq; labore
 Ne segnis iaceat tellus, & is incidit vsq;
 In vacuas operas : quis præmia ponit in asse
 Conductis, plures tandem labor iste vocavit,
 Decedente die : quos ocia ducere cernens
 Arbitrè inuadit : quæ vos tam serâ moratur
 Segnities ? vos hoc opus vna exerceat aruo.
 Dixerat, illi, operum læti, mandata faceffunt.
 Et iam finis erat, cum primos cumq; supremos
 Prosequitur iussus mercede minister eadem :
 Incaffumq; prior toruis astringit iniqua
 Ora supercilij, cum posterioribus æquo
 (Dum spe plus præcij præceperat) asse potitur.

Quæ pepigi, Melibææ tenes (herus occupat ore)
 Quid, mea quòd largè bona diuido, lumina torques?
 Non mouet hanc primus, non vltimus ordine palmam.
 Sic ait: & vultu cunctos dimittit amico.
 Vitiferi ò collis simulacrum dulce: colonos
 O fortunatos hominum, sua qui bona norunt;
 AEqualem in cunctos ò Vitiatoris amorem.
 Vineam nam quid erit, nisi gens pia, condita Verbo,
 Atque affecta necis precio, quod soluit Iesus
 Iusticia? Genitorq; operari nomina fecit
 Hic homini, vt campo culturam adhiberet Edeno.
 At se mancipio Satanae dedit ille nefando:
 Et per agros Hecates insida heu turpe locauit
 Anguis opus mercede viro, composq; sefellit
 Promissa. inde dati sumus omnes crimine venum?
 Et torpore diem trahimus mox lucis ab ortu:
 Vinetiq; aditu prohibent nos ensis & ignis
 Pendentis Cherubi per inania. Filius ergo,
 Vt Patrem tamen hac opulentet vinea fætu,
 Fertq; refertq; pedem diuersis sedulus horis,
 Consciens operas ex agmine plebis inertis.
 Lege docet primum, quænam mora segnibus obstet:
 Deinde Euangelij mercede impertit euntes.
 Mittimur hinc omnes per consita vitibus arua
 Serius aut citius, quos iam felicia fata
 Prospectant cælo: trahimusq; ibi sorte laborem,
 Quam Christi fortuna regit & variasq; iubemur
 Exercere vices oneris, quod cuiq; tuendum est.

Alter

Alter opus duro sub sole diemq³ fatigat :
 Sole cadente, manum conatibus expedit alter.
 Pars etiam certat scrobibus concidere montes,
 Excoquat vt terra sola ; pars propaginis arcus
 Deponit sulcis, mergosq³ vligine spargit ?
 Pars vitem ablaqueat ; subigit pars rura bidente.
 Lenta hic vincla simul tendit ; locat ille pedamen :
 Pampinat hic stringitq³ comas ; fingitq³ putando
 Ille racemiferam stirpem : deducere riuos
 Hic parat, aut sepem prætereendere ; limina vallis
 Ille reportatis auget. redit actus in orbem
 Inde labor, donec dat mundi vespera finem ;
 Quæ vocat agricolas, ut ijs sua præmia soluat.
 Iamq³ vias latè concursu feruere cerno :
 Ascensuq³ locum capiens, ex aggere structum,
 Aduersos oculis lego quoslibet, oraq³ disco.
 Hinc sese innumeris affert cum millibus Abras,
 Credentum pater : & primi nouus incola mundi,
 Agmine cinctus Adas heroum : & maximus armis
 Iosua, ssttit equos pressis cui Phæbus habenis
 Ad vota ; Isacidesq³ sacris qui carmina neruis
 Temperat, ac siluas ducit montesq³ canendo :
 Nec non Iosaphates Iosiaq³ laude celebres :
 Et rex, longa retrò cui, vitæ nuncia, torsit
 Hora gradum : & Virgo sanctissima, Numinis altrix ;
 Et Christi proceres. Regem agglomerare cateruam,
 Et conferre gradum multis comitantibus illinc
 Aspicio, Molochi cultorem, & cæde cruentum

Infantis populi : cui, presso membra catenis,
 De venia mentem poscenda carceris antrum
 Mittebat : sociumq₃, huic se Nabodonosor infert,
 Qui Solymæ excidio venit, tumidusq₃, secundo
 Marte, pioq₃, premens, diuum se gessit honore :
 Et latro, qui fixus trabe pœnam ob crimina pendit :
 Et nurus indulgens inconcessis hymeneis :
 Bñiamidesq₃, lupus, sacro inuisus ouili :
 Et quicumq₃, pedem scelerato in calle represit.
 Arbitrè hos donis æqualibus afficit omnes,
 AEquis in æquales : Quid enim latro distat Abramo
 Stirpis labe, fide, capiendæ lege salutis ?
 Traximus à patribus naturam quisq₃, scelestam :
 Quisq₃, fide vultus ad Christum tendimus vna :
 Quemq₃, Deus grãtis sibi natum adiunxit adoptans,
 Asciiuitq₃, polo cinem, meritùsq₃, caducum
 Pondus inest, & si virtus tua præstet Henocchum,
 Ac totam in sacris operam consumseris agris.
 O oculum (dico Rationem) toruà tuentem
 Comprime, qui pius es : nec edat dolor inuidus ægrum,
 Qui cadit in sanctum quoq₃, pectus, idemq₃, monebat :
 Cum bene prognatis Iosepho dicere vellet,
 Ora soluturus fatiis suprema, Iacobus,
 Pectore vaticinam postquam conceperat auram,
 Oscula dans binis, primum ille Manassea leua,
 Ephraimem dextra, patre indignante, petiuit.
 Vinitor ô campi, qui Proli intexuit vlnos
 Vite, cruentato latè ipsius anne rigatus :

Laus

Laus tibi sit, quod in hunc fidos traducere curam
 Iussisti agricolas per secula? quodq; laborem
 Non modò Thariada genitùs sed gentibus vnà
 Sortiris; nec habes discrimine solibus haustos
 Inter opus longum, pulsoq; calore sub ipsum
 Finem accingentes operi; sed es æquus in æquos
 Labe, fauore, fides, nec laudis habentia pondus
 Pondus habere finis, meriti si vota fouemus
 Impia, fallat iter tua ne vineta petentem,
 Effice; ne u iussum malè sumtum exerceat almo
 Dextera lassà solo, quod erit sudore colendum;
 Neue operas tribuam malefidis, improbus astu.
 Lumimbus parcam toruis quog; sicubi fures,
 Larcones, mæchos, exosos, crimen, eadem
 Prosequeris venia: quam des mihi, credulus oro.

S E M E N T I S .

A Vribus hïc opus est animisq; exclamat Iesus.
 Sancti sunt numero multi, sed pondere pauci:
 Et vix paret agri cupido pars quarta colono,
 Vt commissà fide persoluere semina tentet.
 Quale cor ergo tuum gerat aruum, nôris, alumnuni
 Qui tenet Christi fers nomine: sepe sefellit
 Spem segetis, per agros data, semina, glarea, vepres.
 Quò facere id possis, Christi accipe mente loquelas.
 Extulit vrbe pedem sparsurus semen arator:
 Quod dum iecit humi, pars est frustrata laborem,

Atque petiuit auis præadam ore sinistra rapaci,
 Quæ vaga turba viam pedibusq; rotisq; terebat:
 Partem deseruit sub inertibus humor arenis:
 Pars messam elusit surgentibus obruta dumis:
 Parsq; solo pingui falcem nutrita vocauit,
 Horrea distendens prædiuitis vberè glebæ.
 Vis nosse agricolam? sator est terræq; poliç,
 Is, cum sit bonitas, & amor sit, luminis extra
 Se penetrare tulit, manifesta in luce recludens
 Esse & velle suum, nosq; haud adhibere recusans
 Aetheris in partem. quo dono maius, habere
 Quod daret, æquid erat? Versato per omnia mentem
 Diuine monumenta manus, patefacta creando:
 Clamabis; nihil hoc ad opus. memor inde referro
 Ad lapsos animum: quibus, absq; hoc cum foret vno,
 Nusquam consilium vel opis fortuna dabatur.
 In, quæcunque voles, loca mundi aduertito vultum:
 Quot scelere imbutos insano, & nocte sepultos
 Eumenidum cernes? quos, muneris huius egentes,
 Arcet Ioua polo iustè, exitioq; reseruat.
 Seminis instar habet Patris doctrina, profundis
 Consilij ex adytis interprete tradita Nato.
 Pectora sunt agri: nec culpam semina mittens
 Sustinet, aut semen missum, dum fœnus ab agris
 Rarius ad dominum redit: istud pectoris arua
 Crimen habent. Aut pro triujs licet omnibus vt
 Corde; Deo, Satanae, mundo, illecebrisq; dolisq;
 Et fœnae, & nugis: qui a nomen inane putatur

Numen ; & hoc ludos faciunt, sacra nostra recepto
 More salutantes sine religionis amore ;
 Et quicumque viam petit hospes, trahit e gressum
 Ferre potest tali ; & portas cor praebebat apertas
 Quemlibet ad nutum, fortunam, dogma, lucellum,
 Irritamen, opus, pedibus tum diripit vncis
 Farris Auernarum praedam genus Harpyiarum.
 Aut natura subest saxeto infida maligno,
 Vt seges ignoret contemnere frigus & aestum,
 Ventorumq; minas, radice exiliter acta :
 Quippe metu fractos contemptus, carceris, irae,
 Mortis, egestatis, multos sententia vertit ;
 Nec, ceu fas, animis iuit patientia contra,
 Quae pugnae haud dubitans succedere, mole sua stat.
 Aut seges indulgens spinis, oppressaq; lappis,
 Horrea spe ludit vana, expectantia messem.
 Quas memoras vepres mihi ? forsitan inquis, habendi
 Cura, voluptates, & opes mala propter abusum
 Sepe creant, tribulisq; obducunt pectus & hamis.
 Nam velut incautam degustat spina sub ictu
 Improvisa manum : sic aurum, cura, voluptas
 Vulneribus stringunt animum, haud munimine tectum ;
 Vt magis huic sit humus cura, quam sidera cordi.
 Aut cor agrum pinguem colit, interiusq; recondit
 Sementem, & multo cum faenore semina reddit :
 Nam pius abiurat sibi semet & abnegat ipsum :
 Ac mundum oppositum, pugnae nodumq; moramq;
 Verbi armis fideiq; nitens, Constantia vinculis

Occupat, exitiūsq; inferni cedere nescit,
 Fructu, quem capiat Deus, ipsa, alijsq; grauescens,
 Ore salutiferi calicis libamus honorem;
 Sacra, preces, grates damus imo pectore; vota
 Soluimus, & colimus sancitum fœdus ad aras;
 Percipit hunc fructum Deus ecce. leuamine curas
 Mulcet, iterq; regit Verbo, velisq; ministrat
 Christus: hic ad nosmet fructus redit. agmen amico
 Prosequimur socium vota officioq; vicissim:
 Hunc alius fructum metit. At quis factus ad vnguem,
 Restat? ais. Deus arua colat, domet, eruat, ora;
 Farra solo foueat, sole excitet, educet imbre.
 Cumq; colonus humum parat exercere colendo,
 Vomeris hic sit ager patiens, segetiq; fauere
 Discat: & ex socijs tibi Christi exempla memento
 Sumere, quos ardens doctrina cura moratur.
 Hos, vt in exemplo ponas tibi, pectore frenum
 Concutiant stimulumq; mine promissaq; Verbo
 Edita. Christus enim spondet, fore, sanctus in horas
 Vt procedat amor discendo, ac iussa tenendo,
 Et cumulus cumulum struat vsq;: mimatur at idem,
 Ob monitus spretos fore, cui stant lumina nocte,
 Cœcior vt fiat: sit iners vt inertior vsque;
 Sit malus vt peior, componat aceruus aceruum.
 Commoda tanta manent raptum pietatis amore:
 Damnaq; tanta manent raptum impietatis amore;
 Agricola omnipotens, qui Verbi numine glebam
 Induis in vultus hominis; terraq; locato,

P o s c i s.

Poscūs, vt in campo consumat quisq; laborem :
 Voce & corde fero grates tibi, donaq; nosco,
 Quod memoras, qui sis, & quæ sententia constet :
 Et quod agris mandas arcani semina Verbi,
 Vomere proficis Legi, tonitruq; remisit :
 Sanguinis amne sui Natus quibus irrigat imbress.
 Quis Soli iusticiæ blandos super ingerit ortus ;
 Et quos ætherio cæli indulgentia Flatu.
 Excipit. O nec auis prædam legat ore profana,
 Rura nec vsta siti messem frustentur in herba ;
 Nec spem mentiri seges audeat, obsita dumis :
 Sed rumpat grauidis letum horrea frugibus vber ;
 Seq; nouum in florem seges, inde recondita sulcis,
 Induat, effecti post fata nouissima mundi.

BAPTISMVS CHRIS- TI MELCHISEDECI.

QVinam Pontificis gereret nomenq; decusq;
 Consilium, posito nondum orbe, Senatus habebat
 Numinis. hic fatum Sapientia condidit ingens,
 Tale Sacerdotis Proles vt munus iniret :
 Quæ plus reddit opum, quàm lapsus Adamus ademit.
 Pontificem Aronem velut ergo renunciat heros
 Legifer, & populo spectante, inuergit oliuum,
 Datq; potestatem, fungatur præses vt aris,
 Conspicius gemmis, & munere Seris, & auro.

Sic,

Sic, vbi tempus adest, Iordanide maximus vnda
 Perfusio Genitor Christo quoque mandat honorem
 Sacrificum, ac toti creat orbi Melchisedecum
 Mille in concilio populorum, ad stagna coacto
 Inq; pij imperij moderamina mittit eundem :
 Imbutisq; oleo sacra spirat crimibus aura.
 Tum Pater ex alto voce intonat : Hunc audite.
 Melchisedecus enim ceu rex Solyma^{q;}, sacerdos
 Idem erat, ignota viuendi lege creatus :
 Sic eodem curam gerit ordine Christus vtramq;
 Natus homo sine patre, Deus genitus sine matre.
 Talia dum sunt, tria cerno : quis ipse sit intra
 Se Deus : & quæ sit mens illius : atque Propago
 Cur tingatur aquis innoxia. Porta recludit
 Aethera, peccatis clausum : & (cùm prima per vmbra
 Secula Dicentem, Verbum, Spiramen in vno
 Numine, vix nôrint) mysteria ponit aperte
 Ante oculos atq; melior. librumq; resignat
 Agnus, ab orbe nouo cæsus : quem nec Plato librum
 (Esse, & velle Dei patet vnde) nec, omnia promens,
 Phœbus Aristotelis, nec Hebræa è gente magister,
 Christum nocte potens, acie metitur adacta.
 Hic oculis nescit Sophos vti : hic omnia muta.
 Filius in ripa sistit se : vertice sidit
 Spiritus instar auis, quæ decrescentis amicum
 Attulit omen aquæ, cùm, germine pacis onusta,
 Dulce referret iter : nam sic se reddidit alueo
 Itarum pelagus tandem, cui litora dêerant,

Mul-

Mulcente vnigena. vocem deim mittit ab alto
 Ipse Parens, Natum testatus, & huius amorem.
 Tamq̄, simul visu deprendere possumus intus
 Curas ecce Dei, penetrante cor. optimus ardet
 Iure Pater duplici Gnatum: ante creata fauorem
 Cepit enim primum nascendo, deinde merendo.
 Huiusq̄, ob meritum nos idem impertit amore,
 Accipiens animum demto in nos sine benignum.
 Quisquis es, arma fugis qui Iouæ, exquire per Aram
 Vnigenæ pacem spe supplice: pace fruëris.
 Hic thronus est, vbi cor cæleste residit ab ira:
 Hic Favor, hic Bonitas nos accipit hospita porta.
 Cur, at enim, fluuiio caput obiectaret, Iesus
 Non habuit: sceleris purus fuit. accipe caussam.
 Pontificem Patris declarat voce creatum
 Omnibus hæc populis occasio. diruit vnâ
 Hic sepem, quam Lex Solymis præ tendit, Hebræo
 Nos tecto socians, Christus, sibi fœdere iunctos,
 Nam ceu, signa gerens antiqui corpore pacti,
 Semiadum fratrem sese esse, ducemq̄, probauit:
 Sic quoq̄, signa gerens renouati corpore pacti,
 Iaphetidum fratrem sese esse, ducemq̄, probauit.
 Præterea exemplo monuit, ne vilior esset
 Cura suis pacti, quod præstat pignoris vsu.
 Quid? quod in officio, transmissum quod sibi nouit.
 Sese ita tractauit, legem sit passus vt omnem.
 Quid loquar? vt signet pariter, quod fluctuet vndis
 Irarum & scelerum, seseq̄, recolligat inde,

Nos propter 3 veluti se corpore mittat in animum,
 Et referat tamen inde pedem, non obrutus estu
 Denique lotus aquas sacro medicamine tinxit,
 Quo scelus eluitur concretum, vt poena leuetur
 Contracta ex patribus, nosq; optimus impleat auctor
 Muneribus. Stygij nos regni ex hoste receptos
 Ipse suo etherijs transcribit sanguine regnis:
 Sacrum, vt prima fides rapiat sub fomite flammam,
 Aspirat Zephyrum: nobis dat habere trophæa,
 Quæ rapit ex Erebo, peccato, morte, tyranni:
 Fœderibus iungit pacem inter nosq; deumq;
 Rumpere quam poterit vis nulla: animumq; ministrat,
 Vt selectamus iter, quæ Verbi semita monstrat.
 O Pater, ô Soboles, ô Spiritus, absq; triformi
 Numine trine Deus personis: vota precatus
 Concipio: mentem votis adhibeto benignam
 Vt tua maiestas populis, ter honore colenda,
 Ad Iordanis aquas oculos, auresq; laceffit:
 Sic pia credulitas teneat desixa fideli
 Corda mihi obtutu, qui mente id flumen adibo.
 Qui sis, quidq; velis, duce te scio, credo, fatebor 3
 Et testem Iordanis aget: Martemq; mouebo
 In pugnam intrepidus, quam Numinis vnus hostes
 Trino in honore cient personæ. Tuq; fac, oro,
 Alme Parens, vt, quo res præside pendet ab vno
 Sancta, tui nitat pendere Antistitis ore,
 Spesq; meas in eum, tibi sacra, & vota ferentem,
 Congerere. Et voces, da, condam sedulus aure,

Anti

Antistes diuine, quibus Pater impulit auras
 Desuper, vt vires credam absuinxisse furorem
 Morte tua, & pacem te composuisse perennem
 Inter nos, læsumq; Deum. Vniq; adde Fauoni.
 Denique cunctipotens, vt (quando ex ethere missos
 Testa gerit fragilis thesauros, hancq; remisiss
 Sustineo manibus, per iter dum torqueo gressus,
 Vepribus, ac saxis clausum, & corruptius imbr)
 Detur inoffenso vira pede tangere metam.

CHRISTVS SACER-
DOS ET REX, FATA SVA PRÆ-
dicens, & visum cæcoreddens.

NVnc Berechiadæ mihi vox allabitur aurem:
 Ductorem illacrymans mæsto pia lumine figet
 Gens tot vulneribus confectum, imoq; treniscent
 Corde trahet gemitus, ac tristibus astra querelis
 Incendet; questum rumpunt velut ore parentes,
 Quos iubet vni genæ mors primigenæque dolorem
 Haurire; & velati tollebat ad æthera planctum
 Ifacidam populus, Iofia funera passo
 Armis Niligenum, patriæ patre. Quisquis es ergo,
 Hæc etiam tibi dicta putes. se reddere tempus
 Incipit, ampla gerens Christi monumenta peremti:
 Flecte ad pendentem cruce lumina, vulnere fossum
 Et fuge lamentis ob iniquum parcere crimen,

Quod

Quod dedit hunc letho : mentemq; herois imago
 Tangat, iter mæsta tendentis voce supremum ;
 Qua fatum cecinit de morte sub hoste ferenda.
 Da lacrimas, geme, plange, dole, luctuq; rigesce,
 Hæc voluens animo ; Bacchi orgia quando celebrans
 Dat lusus, furit, errat, amat, luxuq; liquefcit :
 Cui turbæ in pectus furialia toxica vertit,
 Attonuitq; animos Alecto dira furore,
 Oblitos penitus decoris, cælog; rebelles,
 Vt (sacra dum Christus facit, & se sistit ad aram
 Cum prece, cum gemitu, cum vulnere, cumq; catenis)
 Lusibus indignis Baccho det sacra nefando.
 Summa dies ortum propè, fato vrgente, mouebat,
 Morte Sacerdotis sacrum visura per actum.
 Ergo pedem referens, & funera mente volutans,
 Per gentes medias, pèr Abrami sanguine ductos
 Triste ferebat iter Solymorum Christus ad urbem.
 Inq; via noxas humero, & mala cuncta subibat,
 Vt secum hæc tumulo mandaret, sanguinis imbre
 Diluta ; ac pariter focios sermone replebat,
 Multa ferente super tormentis, morte, triumpho.
 Causa est in promptu. patet inde, haud absq; seuro
 Numinis arbitrio Natum, tripliciq; benigno
 Consilij nutu, subcunde in stipite pæna
 Opposuisse caput ; nec ijs leue pondus inesse,
 Furti quibus, nostrumq; luit scelus. inde docemur,
 Sponte heroa caput, Verbo ducente quietem,
 Obiecisse malis ; Satanaeq; Neci q; venire

Hunc

Hunc potuisse ducem satis. inde monemur, eundem
 Haud gerere in terris regni decus. inde cauemus,
 Ne regis capiant nos vilis, inermis, egeni
 Tædia, neue eadem cum rege ad fata vocari
 Nos pudeat. Tales dabat ille monendo loquelas:
 At socij (ignari Vatum, caligine mersi,
 Spe vana capti ditionis in orbe tenende)
 Ad curam hanc animos ægrè instituisse valebant.
 Nec tamen ille rudes auertitur: imò labantes
 Sustinet à lapsu; scintillas ventilat; ignem
 Suscitât è fumo; cannam arcet turbine quassam.
 Dat veniam; dictis modò te præbere memento.
 Quid loquar, vt miseris per credula vota vocatus
 Auxilio subeat prompto, inferniq; potentem
 Se ferat vltorem vi dextræ, & regis honore?
 Qui manibus cæcus tenebras explorat inertes,
 Querit at in triujs victum, stipis æra petendo.
 Hic auida famam Ducis accipit aure: laborat
 Prætereuntis iter scitari; spæq; fideq;
 Incandescit onans: obstacula nulla moratur.
 Intendens vocem: sili Davidis, Iesu
 (Clamat) id miserere mei. quin comprimis (inquit
 Turba ruens) linguam. turba is non audit habenas;
 Sed magis ingeminans: sili Davidis, Iesu
 (Clamat) id miserere mei. trm iussus adesse,
 Acceleremus, ait, reiecta veste lacertis,
 Quid velit, expediens. cui Vindex: vt ere visu.
 Qui licit intentus per funera debita mentem

Versaret; clamore tamen vestigia pressit,
 Affecitq; fidem precio, cæcumq; salute.
 Sic quoque des aurem; scruteris; credulus adsis;
 Accensusq; fide magis, ac magis ignis anhelet
 Inter nimborum, tempestatumq; procellas.
 Hostes sunt: facinus, lex, pectora conscia, mundus,
 Crux, Satanas, caro, mors: quorum vox vna: peristi.
 Contra hos tela ferat Constantia, Numine fulta.
 Omnia posthabeas tum Verbo: vota q; pandas.
 Afferet vltor opem: qui, dextre Patris inherens,
 Vasta licet mundi fleat moderamina nutu,
 Vota tamen surdas nunquam dispergit in auras.
 Nam, quoties precibus vigilamus, commodat aurem,
 Dicta q; nostra refert ad patrem: & donat habere,
 Que petimus; nobis nisi forte inimica petamus.
 Rex ô Christi adûm, Fili, ô sine fine sacerdos:
 Oro, pedem reuocem, dum Tartara fœda profanum
 Agmen agunt stimulis Bacchi vndiq; dedecus inde
 Ad sacra vt redeat tua, que moriendo parasti;
 Dumq; scelesta cohors te compede, verberere, probris,
 Vulneribusq; petit, sub iniquo stipite figens
 Cum genitrice tua gressum, ad te lumina tollam
 Cuspide traiectum, & mortem sine crimine passum;
 Scindamq; ob mea furtiva, luis que morte, dolorem.
 Sim memor vsque vie, que de nece, deg; triumpho
 Te monitus dantem Solymeas duxit ad oras.
 Vltima: vimq; fide tibi, cæci dicta sequutus,

Ferre

Ferre parem, ac tibi vis ea grata sit: hancq̄, represso
Ad mea vota gradu, vocem des; saluus abito.

CHRISTVS TEN- TATVS.

Nimirum hoc id erat, quo nobis antè canendo,
Per desertæ lares acturis, sancta mouebat
Ora Beerides, afflatus Numinis alis.
Orbis obi visu latus omne: silentia rumpes
Mox tali assensu; quantum ò quantum instar in ipso
Desertæ Arabiæ, quæ stirps, Israëlè creata,
Durum euasit iter, Chanaa ostentante salutem?
Non adimunt curas loca sola, sed addere gaudent;
Nullus ibi celebratur honos siluisq̄, iugisq̄;
Non Achelous aquis arentes temperat agros;
Non colit arua Ceres, Bacchusue: pericula tantùm
Circumstant colubri, scuiq̄, leonis euntem.
Sic quoque tristitiæ dissoluere pectora nescit
Mundus iners; nec honos illic per vota, per orsa
Virtutis colitur Iouæ: adde, quòd improbus agrè
Glande famem labor, annæ sùm solatur ibidem;
Seminaḡ, hydrarum, truculentaḡ, secla ferarum
(Dixeris hoc prauos bene nomine, dixeris Orcum)
Attollunt iras heu morsibus, atque venenis.
Talibus hospitij Flatu, Verboq̄, renatus
Succedit, vitamq̄, extrema sub omnia mittit
Obiectus furij, hostilibus obuius armis;

Qui, Martem inuadens, diuersa pericula tentat,
 Permittente Deo, caussis, & legibus vso.
 Nos odit Satanas, sed amat Deus: ille perire,
 Hic nos seruari cupit: ille dat, inter agendum
 Vt sternamus humum lapsu, hic vestigia firmat.
 Verbera Numen, amans nos, insonat ecce flagello;
 Sicut idem Sobolem quoque letho opponit acerbo,
 Actum non odijs sed amore, ausumq; pacisci
 Vnigene mortem pro laude, hominumq; salute.
 Inde mali telis exponimur: vsus ad ictum
 Durat enim nobis animos, fatisq; referuat,
 Que petimus; nec non oculis vigilantibus exit
 Tela data, excipiat directa vt vulnera ventus.
 Nulla Deum, ob lacrymas miserorum, gaudia tangunt,
 More tyrannorum Sataneq; sed optat, vt vsque
 Sub cruce morigeri data iussa, humilesq; colamus;
 Contra vt tela fides irasci in cornua querat;
 Vt gemitu, & precibus magis incendamus Olympum
 Acrius vt pugne sese Patientia credat;
 Reliquia vt sceleris fluctu lustrentur & igni;
 Vt Pietas, vt se Virtus ostendat in armis;
 Vt formam, artificis que ridet, ab arte trahamus:
 Non secus ac aurum spectatur, eiq; per aestum
 Excoquitur vicium, dum purum flamma relinquat;
 Datq; met alla domans, ars ducere deinde figuram.
 Nec, faber vt tibi sis crucis, est opus: ipsius implent
 Larga Creatoris protentam pocula dextram,
 Temperat vnde scyphos potu, nigra Cacuba miscens
 Cuius

Cuilibet è sanctis, quantum vniciqꝫ videtur :
 Squallida sed prauis carthesia fece ministrat,
 Dira creante mala, & sensum fallente venenis,
 Exilium hac ergo dum queritur orbis eremo,
 Fata velut poscunt, neque fas excedere pugna ;
 Regi, Pontifici, Capiti voluuntur eadem
 Iure vices, quas gens exercet, concio, membra.
 Inde quaterdenos ieiunus condit Iesus
 Per inga sola dies, horrentibus abditus vmbri
 Saxorum, & nemorum, basiliscos inter, & vrsos ;
 Vt cum Tartareo certamina conferat hoste.
 Haud eadem verò, qua praelia nosmet obimus,
 Huic oneri Christum succedere caussa suburget ;
 Altiùs hic animis caussas versemus oportet.
 Non bene manus agit dux, haud spectatus agendo:
 Filius hinc armis animos aptare iubetur
 Natus homo, cum iam, patre auspice, Melchisedecus
 Sit populis, adytisqꝫ datus, regnumqꝫ capessat
 Flamine perfusus, letoqꝫ imbutus oliuo ;
 Cumqꝫ, simul decori veterum noua gloria certet.
 Sic Moses, legem repetit am, & iura daturus,
 Atque Baalicolis Thesbites funera mittens,
 Cui Deus instabat currus ex igne volucres,
 Duxerunt totidem Cereris sine munere soles,
 Nubifero aspectus sub monte relinquere iussi.
 Esse ducem natum se Virgine, deinde probauit ;
 Cum seuo assidue qui ducat bella dracone,
 Et pede profubigat dantem sine viribus ictus.

Signat adhac, sceleris nostri vt gerat hostia vittas,
 Triste mali sese capiti committere pondus ;
 Sic etenim, populi pro crimine sacra ferentes,
 Leuigenæ filius caprum immisere, gerentem
 Signa res gentis, dirisq; inmanibus actum ;
 Alteriusq; hirci iugulo supponere ferrum
 Consueti, iratum superarunt sanguine Numen.
 Quæq; Abraamidum debebat pendere quisq;
 Supplicia, in bruti exitium conuersa tulere.
 Per soles etiam, deno quater ordine iunctos,
 Se prestare, docet, diuina fluctibus vt ira
 Desinat exercere minas, ac tollere molem ;
 Exactis totidem ceu desijt imbre diebus
 Diluuij coelum ruere, & demittere nimbos,
 Præterea duro nos fasce ex parte leuauit,
 Ne turba exitij virtus succumberet ipsa.
 Ad mala quin etiam rude pectus habere negauit,
 Promptius vt sciret nostro doluisse dolore,
 Auxiliūq; dare, & præbere precantibus aures,
 Quid? quod solando voluit lenire gementes,
 Oppressosq; malis, eademq; ad fata vocatos.
 Adde, quod admonuit, dirum mundi q; Erebiq;
 Circumstare pios odium; vetuitq; supinos,
 Depositis telis, securum ducere somnum.
 Quid loquar? vt dederit nosse, hostis quomodo strictam
 Offerat incantis aciem; & qua stringere contra
 Tela, quibusue armis deceat defendere vulnus.
 Pax ocreas, iustum lorica, cingula verum,

Scuta

Scuta fides, galeam spes, Verbum sufficit ensem.
 Denique nos spolijs affecit, ab hoste relatis;
 Et dedit hæc nobis dono victoria palmam,
 Ne victos Erebus crudeli funere mergat.
 Iamq; ducem Nympha Sol quadragesimus ortum
 Viderat in siluis experrem, Gilgala versus,
 Frugis, opis, decoris: cum tempus id arripit Anguis,
 Et castris adhibet socios, in vulnere rotis
 Viribus hic vt eant Dis, Ambitiog; Famesq;
 Ac prima inferni cum rege laceffit Egestas
 Prælia, saxa gerens, & dictis talibus vsa:
 Nec tibi diua parens, vt rere, nec auctor, egene,
 Omnipotens generis; spe duceris ipse, caduca.
 Exaudita quidem vox impulit æera nuper,
 Quæ te sideria sobolis signabat honore:
 Sed vanos aliunde Notos misisse per aures
 Allatum sonitum, patet hic, si vera fatemur,
 Cum tua sors voci nihil huic respondeat vsquam.
 Progenies diuûm, rex mundi, hominumq; sacerdos
 Haud durare famæ per inhospita cogitur haustus.
 Regnum & pauperies non vna in sede morantur,
 Spem mitte: aut verè tibi si genus exit Olympo,
 Et si Thariadum dux es, qui cautibus olim
 Supposuit laticis venam, ignorantibus vndas:
 Duritiem lapis hic ponat, mensamq; iubeto
 Extruat in silua, donis Cerealibus auctam.
 Olli voce refert Christus sic orsa vicissim:
 Ne mihi singe metus adeo, vt fiducia cedat;

Neu me sollicita formidine ludere quere.
 Si nescis, oracula viro, non ordea tantum
 Transscribunt spacium: morer ð quid adorea liba?
 Sic ait: Et licet hæc in tergum pulsa recedat
 Pestis, in arma tamen victus se colligit Orcus.
 Ac leuis Ambitio pugnas init. ardua, tectus
 Nube, gradu templi superat fastigia victor
 Ocyus in nimbo, serpente agit ante volatum.
 Hic: si te generis fiducia tanta beati
 Nunc tenet (hostis ait) nec habet spes ista regressum;
 Et si pondus inest cælestibus vtile verbis,
 Que præ te iactas: age, tanto numine dignum
 Aude aliquid. viles mandati desere curas
 Muneris, insolitoq; genus fer ad æthera facto.
 Quæ patet in præceptis descensus, corpora mitte
 Præcipiti ad terram saltu: mandata Creator
 Quippe dedit genijs (an non oracula nosti?)
 Ut te suscipiant manibus, subeantq; fideles
 Usque ministerio, ne vis secet aspera plantas.
 Dixerat: vt peruersus erat, peruersa loquutus.
 Cui mox dicta parat contra, & rotat acer eundem
 Virgineus gladium dux ore: quid exigis (inquit)
 Vt sine lege viam, sine re, sine munere tendam,
 Et spem concipiam vetitam? Deus (accipe dictum)
 Tentari non vult. Vbi spes sua rursus hiantem
 Frustratur Colubrum, Pluto violentia gliscit,
 Isq; manum heroi tandem committere tentat.
 Mox oculos fallunt ludibria: lucis & auri

Nam

Nam radijs ardens subito rota tollit Iesum
 In iuga sideribus vicina ; & millia veste
 Plurima purpurea cincto dant vndique plausum.
 Illi hic ante oculos ficta sub imagine ponit,
 Quicquid opum, quicquid regnorum, quicquid honorum
 Mundus habet, pelagus quæ fluctu amplectitur aruas
 Et mentem decoris præcuertere certat amore.
 Omnia regna vides mundi, decus omne ; profatur :
 Desine ferre Deo sacra, qui dare munera nescit :
 Meq; vide, qui tot me dona colentibus addo.
 Brachia tende mihi supplex ; ditione tenebis
 Omnia : nam mea sunt, & quem volo, talibus orno :
 (Quid mirum ? mendax linguam ad mendacia soluit.)
 Nemo meo ex numero mihi non donatus abiit.
 At Deus : aufer (ait) te pessime : supplice legem
 Disce genu & votis solum venerabere Iouam.
 Nec mora : terga fugæ dat Auernus, & vndiq; turba
 Agglomerat lateri victoris, ab æthere missa ;
 Nectare, & ambrosia quæ montibus instruit altis
 Mensam, interq; manus Christum sub tecta reponit.
 Signa quot ergo modis tentando mouit Echidna
 In regem ; toridem, mutato nomine, formis
 Se Colubri facies aperit per inhospita sancto
 Cotidiè populo, quories sudamus, egemus,
 Plangimus, ac trahimur pœnas ob sacra per omnes ;
 Proiecto in medium silice & clamore Chimæra
 Insultat, pariterq; illac stant Mundus, & Ira,
 Ingeminantq; probrum : celebrando, votaq; dando

Egregium verò patronum adhibetis ad aras :
 Huius sacra colas, si vis ieiunia saxis
 Pascere, perq̃ neces varias effundere vitam :
 Vota Ioui in Creta sine lumine soluis, & aure.
 Parte alia tumidis tendit sermonibus virem
 Ambitio, & picta pandit spectacula cauda ;
 Officij q̃, sui linquens, cum fraude laborem,
 Diuidit in curas alienas improba mentem ;
 Atque ferire studet sublimi vertice nubes .
 Hinc etiam Coras, Abiramusq̃, Dathanq̃,
 Fulmine derusi fundo voluntur in imo.
 Nec non sepe manum veritatis imponere sacris,
 Aut etiam numero metiri numina nullo,
 Nos iubet Impietas felix ; & premia ponit,
 Regna, decus, fasces, aurum, agros,serta, tiaras.
 Curam hinc Beoridæ corrumpit barbarus auro:
 Hinc struit Vrias aliena altaria donis.
 Hinc sunt innumeris auro venalia iura,
 Virtus, cana fides, pietas ; & plurima vulgò
 Præ nummo, & studio nummi gens postputat aras.
 Sed si cui virtus, animusq̃, in pectore presens,
 Arma Dei capiens ferat arcem in prælia dextram ;
 Præcipueq̃, acuit quem Vox, spem ponat in ense ;
 Et, quos impediunt multo orbe fidesq̃, precesq̃,
 Sustineat chypeis tela, haud statione recedens.
 Nostra est, quæ Christo cecit victoria, nostra est.
 Sceptri ferò heros, qui trino confodis Anguem
 Oraclo ; fer opem nobis simul. vnde crecentur

Tot mala, tanta sinas cur nos in praelia posci,
 Da nosse, & spoliū sacratis figere tectis.
 Seua repellamus Satanae tentamina Verbo:
 Quando, dolos astu versans, assultibus vrget
 In nemora abreptos, scelerata accommoda fraudi;
 Et nunc, exanimis vt desperatio tangat
 Pectora, fatorum formidine crimen acerbatur,
 Pauperiemq̄, malum, contentum, vincula, mortem;
 Nunc, vt cor flammam trahat ambitionis anhelam,
 Extimulat, fastuq̄, animos tollamus ad astra,
 Certemusq̄, manus alieno adhibere labori,
 Obliti interea transmissae incumbere curae:
 Illecebris, donisq̄, piam nunc grandibus audet
 Sollicitare fidem, & promissis ducere captos.
 Implicet aetherius, nos circum, exercitus orbes
 Castrorum: tandemq̄, animas è saltibus idem
 Tristibus in lucos ereptas tollat Edenos:
 Quā gremio sanctos fouet, atque amplexibus Abras.

STROPHOENISSA.

A Christo victus, draco victor ab huius alumnis.
 Arma referre studet; nescitq̄, absistere ferro.
 Hinc tot in humanam gentem excidijsq̄, malisq̄,
 Inuigilans acuit vim, limine lucis ab ipso;
 Et se certatim Furiae exhortantur in iras.
 Vtq̄, fera leo vim nunc tendere gaudet in vmbriis,

Tectus

Tectus fraude loci, & breuiter collectus in artus;
 Irarum impatiens fremitu nunc territat auras;
 Præda nec exorat raptorem: emissus Auerno,
 Sic leo nunc fraudes explorat ouilia circum;
 Nunc Martem inuadit terroribus asper apertum;
 Et prædam auertit, si quem vigilantia fugit.
 Nec sanè fregisse dolos, & atrocia tela
 A iugulo crebra vice sustinuisse sub armis,
 Est opis humane: Vindex eat acer oportet
 Subsidio, & socium castris adhibere paremus
 Heroëm, exitium Satana fatale ferentem.
 Vnus hic est, quo nos libertas aurea dante
 Respicit, atque salus miseros optata reuifit.
 Eo quis erit modus ergo, Deus quo perget in hostem
 Excitus, auxiliq; hunc dandi cura subibit?
 Primus erit labor, haud cessare in vota: secundus,
 Addere vim fidei, rebus ne cedat iniquis:
 Extremus, velati proprium, præsumere certa
 Spe Christi meritum, quod pondere vergit in omnes.
 Vera cano: ast eget hæc res vi, munimine, lucta.
 Pendet enim haud raro dubijs victoria pennis
 Et triplici fatum cuneos dare mole videtur.
 Sæpe datis precibus ter vocem reddere parcit
 Cura Dei, causasq; mora per tristia necit,
 Aut quoque vim sano magis incutit Orioni,
 Et pressos grauius premit. hinc simul excidit ore
 Triste nefas: nunquam respectant sancta precantem
 Numina; non pietas cælo est; non cura beatos

Sollici-

Sollicitat superos. hic murus abeneus esto :
 Tolle fide hic animos : hic vince aduersa ferendo :
 Acrius hic insta precibus, cælumq; fatiga,
 Volue Dei monitus, promissaq; : discis, haberi
 Te cura. pete luminibus mare, sidera, terram :
 Ecce fidem curæ firmat mare, sideta, terra.
 Sape nocens fidei tentamen opinio sumit :
 Quis scit, an in numerum delecta gentis ab euo
 Me Deus ascribat seruandum, astrisq; locandum ;
 Fataq; prospectent Christo an felicia sisos
 Quoslibet ? in numero me non hoc esse repostum,
 Res aduersa docet, duriq; silentia cæli.
 Arduus hic labor est, inter Scyllam, atq; Charybdim
 (Crede mihi) tenuisse fugam : spes sedulus ergo
 Discite tuas, omnes sine vt creat Auctor eodem,
 Sic genus omne vijs amat ille salutis usdem
 Inuitare polo : nec vita, aut funere dignos
 Digerit in numerum fatalem, adamante notatum.
 Hinc quoque pollicitis omnes æqualibus implet ;
 Vultq; sibi vt sancto bene cuncti in Semine dicant ;
 Præterea, in partem mihi iam data, fœderis ara
 Inter Christigenas ; Verbi promissa benigni ;
 Flamini etherij doctum fideiq; retentum ;
 Annis aquæ sacræ, Domini corpusq; , cruorq; ;
 Dant documenta mihi, testem dant pondus habentem,
 Quod numerum obrineam delecti, auctiq; salute.
 Sæpe, vbi me digno pede metior, actaq; pendo
 Singula ponderibus, meq; intus, & in cute noui,

Ac mihi dispiceo; speculo sum totus in isto,
 Factaq; perpetuis obtutibus improba figo:
 Spemq; piam mittens, astra abnuo poscere pacem,
 Cum mihi nil restet meriti, & sim perditus ausis,
 Hic opus est, oculos ut Servatoris in ora
 Intentus referam: quod desit, id ipse ministrat.
 Non hominum ex meritis, sed ab huius munere pendet
 Nostra salus: in eo mea spes fundamina ponit.
 Sim licet indignus ter, & amplius, attamen ille
 Dignior est multo, propter quem temperet iras
 Iusticie bonitas; propter quem Patris in aure
 Vox mea condatur; propter quem tuta capeffam.
 Et certe, ex meritis vitam, aut ex munere munus
 Si spectare voles; quis adiuvit, aditu merendo
 Astra? licet par sis Abramo, aut maior Abramo;
 Si tamen ausus eris meritis discernere, nullus
 Nullus eris patrie nos gratia reddit adempte.
 Talis vita pi; tali correpta fuisti
 Militia, genitrix furiosa perdita natae.
 Christe, fer (inquit) opē: silet ille. hæc instat: & optans
 Absolui comites egram, clamore moleffam.
 Vix tandem ille: patent ouibus mea numina tantum,
 De grege Tharisdum sparsis: hæc passa repulsam
 Colligit in vires se rursum: amplexaq; prono
 Ore pedes, votis suspiria ducit usdem,
 Et lacrymans per agit miserarum dicta parentum.
 Nec tamen is cedit flenti. imò: quid exigis (insit)
 Ut liba obyciam canibus, mea pignora fraudans?

Recta

Recta mones (Phaniffa refert) sed frustra catellus
 Vt tamen ore legat sub mensa, nemo vetabit.
 Sum canis, Abramidae sunt nati: his prima dedisti
 Promissa: at solui partim hæc mihi, credula posco.
 Nec mora: macæ fide tanta, & cape gnata, quod oras,
 Victor victus ait: luctæ, & terroris abunde est.
 Quid loquar, huic etiam luctæ vt successerit exul
 Isacides, steteritq; Dei tela aspera contra.
 Ipse quidem recipit gressum Labanis ab vrbe
 Diues opum, armentis cumulatus, stirpis abundans
 Scitq; Chanae dominum se fato in regna vocari,
 Nec se pollicitis frustra de vindice duci:
 Tentamento actus, tamen arma exercet vtring;
 Namq; metum occursum facit ecce, trahitq; timorem
 Concutiens Esauus equos: noctisq; per umbram
 Improvisa caput sublime in prælia tollit,
 Et pugna simulacra ciet dux, missus Olympo.
 At non Isacide cecidere animiq; manusq;
 Sed promissa fide, spem Marte tuetur; & instat
 Instanti, vrgentemq; vrget, dextraq; refellit
 Dicta inimica viri; & miscetur puluere campus.
 Ergo vbi dux manibus nequicquam vulnera iactat,
 Iamq; serenus equis oriens hunc afflat anhelis
 AEquat laude fidem caelo, optatq; Iacobum
 Omne prosequitur, signans Israël illum
 Nomine ab euentu, victorem hominisq; Dei
 Et sese radijs immiscet, ab equore missis.
 Dein frater dextram placatus iungit amicam.

Nate

Nate Patris, qui nos sub ficta pericula mittis,
 Fortior vt redeat sancta in praeordia virtus:
 Me quoq; victorem declara, animumq; ministra,
 Vt, quae sollicitant triplici spem sorte, repellat
 Tentamenta fide caput, insuperabile lucta.
 Cuncta quod obserues oculis; quod condere nunquam
 Fata salutis ames, seu danda, siue neganda,
 Parcarum tabulis; quod non adhibere recuses
 Nos epuli in partem, celebrati nectare primum
 Ambrosiaq; satis Hebræo sanguine; credam,
 Credens confitear, confessus tester ab vsu.

C A E C V S, S V R D V S,
 M V T V S, F V R I O S V S
 à Christo restitutus.

HVnc oculis, lingua, mente, auribus aspice captum,
 Gens humana: tui, naturæ es qualis ab ortu,
 Suscimet ipse typum, sub legem demonis omnes
 Mittit auita lues, vbi nascimur: auribus obdit
 Ille forem, penetret ne Verbum, Flamini axis
 Sancti, ignem fidei qui suscitatur: opprimit ora,
 Ne Iouam, vt iustum, ceu Lex iubet, vtq; benignum,
 Ceu vox blanda docet Christi, aqua laude feramus:
 Luminibus nebulas & noctem obtendit opacam,
 Gloria ne rerum vultum splendore laceffat,
 Indicium peragens Domini, ter honore colendi:

Deniq;

Deniq; captiuū statuit sibi cordibus aulam,
 In qua se iactet, spolijs crudelibus aulam.
 Ergo quis ò recipit nos tali ex hoste? quis affert
 Expectatus opem? dat opem nymphæq; Deiq;
 Natus, & accingi dignatur vindicis armis.
 Hoc prestante, velut, loquitur, videt, vitur aure,
 Et sese recipit furiosus pectore sanum:
 Sic quoq; Vocis adhuc idem ditione potentem
 Se gerit in structis, sacrata per agmina cælis
 Quos insans resonare Patrem docet, vbera ducens:
 Crimen vbi is Satanae dictis, ferroq; refellit,
 Quod pia Vox acuit, contundens cædis auarum.
 Christi adū in medio dux vertitur agmine Christus,
 Tela manu quatens: ac toto est vertice supra.
 Sitq; licet Satanae caput intractabile bello,
 Obsideatq; aditum possessa per atria telis
 Oppositus Briareus, centum vndiq; brachia iactans,
 Et noctem glomerans incendiisq; atra vomendo:
 Fortior est Vltor tamen, impete fulminis actio
 Succedens foribus, petit ille in vincla tyrannum,
 Armaq; seua domans (quis Mors, & Crimen, & Orcus
 Instruxere ducem) prædas auertit opimas:
 Ex hominum populo quas perfidus egerat astu
 Hostis, ouans spolijs raptorum fraude bonorum.
 Iam nos libertas respexit, cum foret antè
 Spes libertatis nulla, & spes nulla peculi:
 Et iam calle datur vestigia ferre patente
 AEtheris ad sedes, vbi ianua limen amabat:

G

Pluraq;

Plurag, redduntur, quam depopulator ademit.
 Talia dum spolijs referendis facta celebrat
 Victor; & exutus regno, domitusq, catenis,
 Horribiles fremitus Erebi ciet arbiter ore;
 Spectatum admissi quid agunt? incredula, signum,
 Pars rogat, edatur cælo: pars, demonia ludum
 Beelzebulem facere eijciendo minores,
 Afferit. has reddit grates, his excipit abnum
 Plausibus vltorem sex mundi, afflata colubris
 Eumenidum, pugnansq, Deo, sacroq, resistens
 Spiritui, qui tot frustra retinacula tendit.
 Non tulit hoc probrum Christus; sed id ore refutat.
 Et meritò: neque enim fingi sine crimine crimen
 Dogmatibus fas est, blasphemag, dicta cieri.
 Quod bellum ciuile gerit, per mutua regnum
 Vulnere diruitur: non ergo demonia demon
 Excutiet sceptris, vimq, in sua viscera vertet.
 Nec vestra quoq, stirpe satos sine Numinis Aura
 Posse fugam his monstris immittere creditis. iras
 Præterea gerimus: bona congero, dissipat ille.
 Fortior oppressit fortem; cui dripiit vrbem.
 Sunt tamen interea multi (nam Christe potiris
 Hostibus in medijs regno) qui munera pensant
 Pondere tanta suo: quos inter tollit ab imo
 Pectore clamorem pia femina: fortunatam
 O, que te nixu tulit, ac dedit vbera, matrem.
 Vocem nos decet hanc imitando loquentis ab ore
 Eripere, & pariter responso aduertere mentem;

Quippe

Quippe docet, quidnam det ab omni parte beatum.
 Haud nego felicem matrem : at felicior (inquit)
 Crede mihi, est, quisquis mea iussa tenetq₃, colitq₃ :
 Hunc fratrem esse mihi, genitricem hanc esse fatebor.
 O Verbum, irriguas fundens solaminis undas.
 Vnum illud tibi, quisquis ades, præq₃, omnibus vnum
 Mente reponendum prædico, iterog₃, monendo.
 Fixa in lege Dei mente vsque memento morari :
 Orando, & vigilando tibi defende pericla :
 Sicq₃, caue Satana securus, pectore pulsi,
 In libertatem si te semel afferit vltor.
 Sæpe laceſcit atrox regna hostis pristina ferros
 Arma refert : agit at fraudes : aditusq₃, retentat.
 Et ni sis cautus, loca in custode coronas,
 Ni tela expedias : iterum se conijcit intro.
 Nec notos aditus is, quando reuertitur, vnus
 Occupat : adducit legionem, in cuncta parantem
 Se scelera : hanc gaudet sociam in noua regna vocare.
 Hinc fors, asperior prima, excipit vltima captum.
 Teg₃, o ter miserum, si vitam rursus in æuum
 (Quæ magno sterit, haud auro, sed sanguinis imbre
 Empta Deo, & multa vi sæpe ex hoste retracta)
 Hosti mancupio securus, inersq₃, dedisti :
 Et cæco, surdo, muto, atq₃, ab Erinnybus hausto
 Redditus es peior, spe libertatis adempta.
 Vltima ne verò de me victoria Martem
 Annuat inferno, vel ineluctabilis actum
 Me premat in facinus Spiraminis ira sacrati :

Te rogo per Natum Genitor, ter maxime, terq̄
Optime : cui sit honos cum Flatu, & Prole perennis.

DIES CHRISTI CON- CEPTI.

Fortunata dies saluæ : quò tollere cœpit
Ortum nostra Salus, dum nuncius, æthere missus,
Pertulit ora Deum sumturum è Virginis aluo.
Te sol ante alias leto vehit axe celebrem :
Plurima tu statuis monumenta salutis in vmbriis :
Tu Cœlo ostendis rem tandem, in nocte latentem.
Omnia pondus habent, quòd in antitypoq̄, typoq̄
Respondet legi numerorum tempus ab euo :
Et magis hinc animos verum dulcedine tangit.
Tu, solante metum lapsorum, voce resultas
Prima, & spem leto de vindice fronte serenas :
Tu nudis onium defendis pelle pudorem,
Sint agni vt memores, fascem tollentis iniquum
Criminis, & iugulo ferrum accipientis ad aram.
Conscia tu fratris, prostrati à fratre, fuisti :
Quando dedit Tellus imbuta cruore querelam,
Sideraq̄ impleuit gemitu : ceu postmodo Christus
Cognato à populo morti est demissus acerbe :
Cuius sollicitat verè cruor astra precando,
Et veniam poscendo reis. tu ritè videbas
Accingi sacris iugulandæ prolis Abramum,

Et



Et pia sacrificum supponi in vulnere cultrum :
 Verus enim Abramides sic vittas hostia gessit
 Ob culpas hominum, Patri aram sanguine tingens
 Placando, & pœnas alieni criminis explens.
 Temporibus cæsa quoq; iussa bidente propinquis
 Israëligenùm conuiuia cœtus inibat,
 Ritus vt hic verum simulacro pascha referret :
 Nec non Romulides Urbem obsidione premebat,
 Forsan vt extarent suprema signa ruinae,
 Deniq; cùm lucem fumo è nigrante dedisses,
 Nuncia de Christo prima aduentante ferebas,
 Tot per secla patrum votis, regumq; petito :
 Et tumulum extincto simul imposuisse parabas.
 Cuncta quid expediam fatu ? iam carmina duci
 Tantum in principium fas est, te rumpere postes
 Cæli fata sinunt, per quos se misit ab astris
 Numen, vt esset homo : tu prima hominemq; Deumq;
 Fœdere mirando persona iungis in vna.
 Te spirante, sacrum Virgo (mirabile dictu)
 Exceptat zephyrum, partu absq; datura marito
 Virginitate ducem salua, quem fata vocabant.
 Te surgente, fides oraculis incipit addi.
 Teg; oriente, fores verso impulit amphitheatrum
 Cardine, Gnatus vbi Patri spectacula tandem
 Exoptata dedit ; quando pax contudit Arma ;
 Quando Furoris amor compescuit ignibus ignes
 Quando in amicitiam Fautor ecce, Themisq; coibant,
 Inq; vicem amplexus sibi letaq; ferre petebant

Oscula, gaudentes componi sœdere bellum.
 Atq; virum è sponsa Deus induit, eq; puella
 Absq; viro, præter solitum; genitricis ab alio
 Ne partem traheret labis; ne signa deessent
 Cœlibis ac socia vita, æquo iure probatae;
 Ne magis inferret matri Styx arma futurae;
 Neue pudicitia custos, aut testis abesset.
 Utq; malum cunctis virgo haud parendo creauit;
 Sic virgo in melius retulit pariendo salutem.
 Salue iterum mihi lux, tot honoribus aucta: quot anhis
 Exi candidior nostra inter ab æquore vota.

QVINQVE PANES,
 ET DVO PISCES.

DVm refero in saltus oculos, vbi desuper æquor
 Genesara aspectant de quinq; cacumina libis
 Conscia, quis totidè, Christo bona verba precate,
 Millibus alma famem per inhospita vespera soluit:
 Tres diu.e ecce petunt congressus, atq; loquelis
 Me formare, Fides, Spes, & patientia, querunt.
 Prima refert, Christo fortune. credito summam:
 Est Deus, est is homo; vigor est opis omnis in illo.
 Vnus conciliat pacem: vnum posce salutem
 Vita vtriusq; memor, ser gratus honoribus vnum.
 Cuncta potest, quæ vult, promissaq; fallere nescit:
 Prosequiturq; Parens te donis, propter eundem.
 Dant testem hîc veris oracula, dat acta per auras

Vox

Vox Patris ipsa, potens dat munere dextra petito;
 Quam saepe expedit Natus sine lege iuuando.
 Quid loquar, hunc vt amor nostri, vt miseratio tangat?
 Vt prius, in lacrimas homo quam parat ire, fidelis
 Subsidio miseris eat? vt ferat acrius ipse
 Se cupidum dandi, cupidum quam pauper habendi?
 Hinc vbi tot comitum numerum affluxisse videbat,
 Quos, veluti pecudes, nullo custode vagantes,
 Egit iners iter in fraudem; prius ille morantem
 Erudiendo diem tenuit, diffingere mentes
 Conatus monitis, epulis extraxit in herba
 Deinde thoros labente die, ieiunia pascens
 Bis ter mille virum tenui dape mensis, & vnda.
 Spes vbi nulla dapis restabat, quinq; profectus
 Dona laborata Cereris, geminosq; canistro
 Fortè puer pisces onerauerat: hisce per agros
 (In tenui labor est, ingentem vt conslet aceruum
 E tenui Christus) tot millibus ardor edendi
 Compressus fuit: & superarunt plurima mensis,
 Quae calathis bis sex mandari frustra iubebat.
 Sic ait. Hinc ad me Patientia talibus vsa.
 Crux comes est fidei; pius esto, haud tristia deérunt.
 Per desert a trabes animam: tentamina versans,
 Saepè Deus votis praeberè negabitur aurem.
 Dissimulat patrem saepe ille, premitq; dolorem
 Corde, pijs è fato conceptum: nang; Creator
 Gaudet in exemplo pietatem ponere nostram;
 Propugnacla polo virtuti educere certat;

Nos vrget fidei precibusq³, incumbere crebris ;
 Et famam auxilio manifesto extendere querit ;
 Supplicibusq³, fidem quod dextera porrigat alma,
 Edocet ; ac sibi vult pro munere carmina dici.
 Inde, sui oblitus quamuis haud esset Iesus
 Rebus in afflictis ; socios tamen ante vocauit
 In cœtum, & victus rationem hos iussit inire.
 Ast vbi mutârunt huc, illuc pectore curam,
 Vox erat vna : Salus, te dante, iter inuenit, vno.
 Dura : sola capit veram constantia laudem.
 Fata hæc conticuit. Tum Spes hæc addidit ore.
 In deserta viam, Christo ductore, tulisti ;
 Et tibi Christus adest : omnem hoc solabere casum.
 Ac licet ostendat primum se dextera nusquam ;
 Ipsa tamen votis tandem respondet abundè.
 Natus vt est in amore Patris, sic propter amatum
 Vir pius est in amore Dei : tum præstat amorem
 Filius ipse pio, pro quo lytra funere pendit.
 Tu modo sacra colas, ac votis credulus instes :
 Namq³, penum longo struxit velut ordine Iesus,
 Per deserta ; manu victum sic fundet eâdem,
 Auxiliq³, vias insueta pandet ab arte.
 Testis erit, qui mons Galileis imminet vndis :
 Quinq³, virum is letos dimisit millia, libis
 Quinq³, fame exenta, geminaq³, è flumine præda.
 Coruorumq³, greges Cererem prius ore gerentes
 Phœbus iter pennis oriensq³, cadensq³, iubebit
 Tendere sub lucos, quos incola seruat Helias ;

Cumq³,

Cumq; dape ætherios prius afferet Eurus alumnos
 Tristem ad speluncam, Danieli extrema minantem :
 Vrnâq; perpetuum prius orba fundet oliuum :
 Quam sancti faciant inopes sine pondere rotum.
 Antè & cuncta suis præpostera legibus ibunt :
 Quam non sollicitet natorum cura parentem.
 Dicta cape hæc autem memor vnâ : Muneris auctor,
 Gente cibo expleta, sese in iuga sola remouit,
 Et copbinis iussit superantia frustra reponi.
 Numen enim dapibus quia Verbi accepit egenos
 Sole sub auricomo, docuitq; Heliconâ mouere
 Numinis in laudes ; pietatis, & artis amantes
 Relliquijs sportas decet extruxisse legendis,
 Dum lux alma sinit : tenebræ ieiuniâq; instant.
 Sors etiam hospitij animum cum soluit abundans,
 Cœnâq; te inuit largè ; asseruando canistris,
 Quicquid opum superest, age sublegisse memento.
 Vendicat ars partem sibi, partem Ecclesia, partem
 Publica res, partem nostri, gens indigna partem.
 Hæc cecinere deæ : quæ nulla obliuina, nullus
 Deleat vt casus, veneror prece, Christe, ter Aram.

CHRISTI INNO- CENTIA ET VERITAS.

S Tirpe, ausis, monitis quem se ferat, edit, & instat
 Perpetuo Christus doctrine, totus in illa.
 Quem se tractat homo contrâ ? pars credula mentè

Talibus eloquijs adhibet: pars maxima transit
 In furias dictisq; it contra, donec inique
 Probra & saxa volant, & mers furor arma ministrat.
 Haud igitur fallant te signa boniq; maliq;
 Cuius virtutum mens semina traxit ab astris;
 Auribus hic, animoq; Deus quæ verba dat, haurit.
 Cui verò Eumenidum tædis violentia gliscit,
 Quæ studijs, morumq; imitamine reddit Auernum;
 In ferrum ille ruit conuicia deniq; fundens.
 Mendax est Satanas, homicidaq;: nosse laboras,
 Quæ nota sit stirpi Satane? mendacia, cædes.
 Christus homo est: idem Deus est, antiquior euo.
 Cumq; Cor, & Vox sit Genitoris, bonosq; paterna
 Lucis: habet numen, quod nullo secula possunt
 Tempore metiri: Patrisq; hunc gloria clarat
 Stirpe Dei natum, maiestatisq; potentem.
 Cælo, oriente die fatali, detulit idem
 Nuncia consilij de fatiis, deq; salute.
 Messiam exhibuit natura criminis exors,
 Factisq; officio, doctrina, morte, triumpho.
 Vnus hic est, in quem ius conuenit omne, quod heros
 Summus in oraclis Vatum tenet: vnus hic edit
 Vocem, in qua sita vis opis est, vitæq; potestas.
 Vox ea, cuius amans pietatis iussa capessit,
 Aeternæ spaciū scit ei transcribere vitæ.
 Vnus hic est, in quem fraus non cadit: vnus hic anteit,
 Quotquot terra tulit, reges, vatesq; patresq;
 Felix, cuius abit mens Christo in gaudia misso:
 Mentem

Mentem vt leticia tibi spes pertentat Abramo,
 Protendens aciem venturi in lampada Christi.
 Tuq; poli interpretes fide ô, Pacisq; minister,
 Naturaq; vtriusq; potens, bona largus adauge
 Noticia fideiq; & nos deslechte periculis,
 Aura in te lapides exceptit vt irrita missos.

P O M P A C H R I S T I I M M O L A N D I .

Hoc quid iô? pueros, nymphas, matrumq; ceteruã
 Cerno, virosq; pio sese clamore ferentes.
 Dant asina vecto plausum; lustrantq; choreis
 Ora ducis; gaudentq; vias pratendere fronde;
 Et, quacunq; mouet gressus, habet ardor ouantes
 Sternere veste solum: studio omnîs semita feruet.
 Fallor? an illa dies leto prospexit ab ortu,
 Qua Vates cecinit regni documenta daturum,
 Aduentusq; sui Mesiam, virgine natum?
 Vera cano: voluenda dies (manifesta videmus)
 Attulit aduentum ducis, auxiliunq; petiti:
 Qui Deus est, & homo: sciat equo vt iure litare
 Vitã, abolere necem, dare cuncta, audire precantes:
 Nam sese medium paci obtulit, actus amore.
 Iamq; dies tetigit metam, sacra vera parantem,
 Sacrorum simulata notis; vt victima tandem
 Sanguine placaret reditus ad sidera nostros:

Qua-

Quadrupede hinc vili se conspiciendus agebat,
 Indomita, domitaq̄, simul. sic vltima cunctos
 zacharia poterant oracla docere, quis esset,
 Quid ferret, quod opus gereret, qua regna teneret.
 Utq; legebat ouem mactandam quattuor ante
 Solibus Hebræus; totidem sic ante diebus
 Victima se Patri sstebat Christus ad aram.
 AEterne ô hominum seruator, rexq; sacerdosq;
 Affer opem. tibi, quando venis, præbere patentes
 Curemus portas; frenosq; regentis asellam
 Ponè legat certo pullus vestigia gressu.
 Prosper sceptra geras terris: tua Vesper, & Ortus
 Nomina laude vocent super athera: cuius honorem
 In regno sine fraude tuo, sine fine geramus:
 Nosq; etiam turba socios inferre paremus,
 Que, tibi cum palmis & oliuis obuia, cœtum
 Ingenti glomerat numero, & sola vestibus auget.
 Tu debellator Stygius es, tu pacis es auctor;
 Eductosq; lacu cœlo nos reddis aperto:
 Et precibus, meritisq; tuis Patris ira quiescit.
 Sceptra regis Verbo, non vi: nihil ense, vel hasta
 Hic opus est, vel equis, vel curribus: vnus habenas
 Spiritus hic versat, viresq; docendo ministrat.
 Qualia regna tenes inter nos, talibus idem
 Muneribus cives regni afficis este profani
 Este, procul, tumidi præcordia: quotquot amatis
 Nil, nisi diuitias, procul este. haud vana moramur,
 Nec sacra, propter opes, colimus tua: sapius imò

Gens

*Gens pia, te propter duris exercita fatis,
Impendit tibi, quicquid habet, vitamq; profundit.*

COENA SACROSAN- CTA.

Quid sit, quos usus præstet sacra cœna, requiris (gō-
Nosse? roga Auctore, quis at Auctor? Christ9: is er-
Este, meum hoc corpus, bibite, hic meus est cruor: inquit:
Fundo hunc, dedo illud pro vobis, crimina delens.
Id facite, vt nostræ celebretis mortis honorem.
Postquam extrema quies epulis, agniq; remotæ
Et veteris pacti mensæ, ac iam paschate sancta
Stirps erat Abramidum, memor Agni ab origine cæsi:
Paschatæ haud typici dape mensam instruxit Iesus,
Sed veris epulis nos Agni accumbere iussit,
Ritibus imponens morem, vescendo nouatum:
Et noua dans nobis per corpus, perq; cruorem
Fœdera iusticiæ, fideiq;. Hic ergo sacra ta
Nos vbi, ceu sanxit, mensa communicat Auctor:
Haud is abest, sed adest verè, nobisq; benignè
Se totum impendit cum corpore, sanguine, donis;
Non, vt Lerna quidem sentit, que pullulat hydriis,
Ore venenato contra ipsa micantibus ora
Veri, auisq; patris linguam exhibuisse dolosam;
Sed, velut ordo probat Christi, & velut ille profatur
Dat cunctis Verbum promissa salutis: at illam
Vna dat esse fides propriam, dum credo, Sequestrem
Nasci, & obire Mibi credenti, ac talis in imo

Corde

Corde fides vt agat radices, valdius auctas
 Robore; pro vera (bonitas ô quanta?) salute
 Filius opponit mihi semet pignori in ara.
 Abdita constringit manifesto pignora signo,
 Firmans, se veniam dare; nostro è corpore germen,
 Inclusum ligno Vitæ, vdo inolescere libro;
 Hospitio Numen lustrati pectoris vti;
 Aspirare Deum; nos ciues ætheris esse.
 At verò stringat me, non simulatus, oportet
 Crimen ob admissum dolor; altèq; intus adactò
 Vulnere, dem gemitum, non fictum; & pectora tundens,
 Amplectensq; pedes Christi, & prece supplice Natum
 Atq; fide tendens Genitori, adhibere medendo
 Curet vt ille manus, orem; ac spe propter eundem
 Precipiam veniam: nec inertem deinde malignus
 Raptet amor sceleris per iter, sub Tartara duceus.
 Sic etenim Christi conuiuia dignus inibo.
 Nang; boni tanti non sustinet actio causam,
 Absq; fide, culpæq; metu, noxæq; dolore
 Suscepta: imò neci vano demitteris vsu,
 Sanguinis & carnis Domini reus. vtere Cæna
 Credulus, excususq; malum: quod poscis, habebis.
 Hunc vbi percepi fructum, sinemq; peregi;
 Me dein, cæna monet, de pluribus Vrget, vt ora
 Numinis in laudes soluam; vt per vota frequentem
 Sacra Dei; grates vt agam. Persuadet, vt ense
 Accipiam iugulo pro religionis amore,
 Si sit opus, touæ calicem libare paratus.

Præci-

Præcipit, vt promtis Verbi mihi scedere iunctos
 Prosequar officijs & amore, oppignerat vnum
 Omnibus hac corpus dape Filius: vnius omnes
 Membra sumus pariter, quod Iesu vertice tollit
 Arrectum calo se, corporis: ergo fidelis
 Dulci astringat amor consortes, curaq; vincolo.
 Erudit, vt cœtum sacris celebremus apertis,
 Nec Bona Romulidum dea, vel Cerealis Eleusis
 Arcana in latebris nobis altaria ponat.
 Efficit, vt capiam solamen; spemq; reducit
 De stabili Verbi fundamine: quippe iubentur
 Christiade sese ritu hoc per secla tenere;
 Vnde, fore, vt sanctam vis gentem excindere ferro
 Nulla queat, manifesta fides. Docet, affore tempus,
 Quod sua fata nouet defunctis, èq; sepulcris
 Corpora restituat: nam Christi corpore passos,
 Qui vita est, merito post funera vita reuiser.
 Denique discrimen dat sanctis, datq; profanis.
 Tu vero iustas intra se fige querelas
 Christe, pater Cœnæ sacra indubitate, precamur.
 Ora venenatis compescas, spargere voces
 In vulgus solitis, quas re, quas voce refutas:
 Da rectè hoc epulo fungamur, & asserere verum
 Ipse manu: monstris sese improbus exuat error:
 Qui sese offirmant, pete fulmine: propter abusum
 Tot dapis augustæ, ne totius exige penas
 Orbis ab indigenis, quarum es in imagine totus:
 Nosq; poli tandem felicibus accipe mensis.

CHRI-

CHRISTVS VI-
CTIMA.

GRande mouemus opus flendo, meditando, canendo
 Fata Dei extincti: quod digno pondere vergit,
 Si pariter Sophiæ monumenta examine pendas
 Omnia, quæ Musæ misere in secula fama.
 Testem hic te facio turbati ô regia cœli:
 Conscia mittit vbi lethati signa magistri
 Sol; animum in luctus dans, alto vt limite ductam
 Nox sine more diem ternis circumuolet vmbri.
 Hic etiam testes sunt Neptunus, & orbis:
 E quibus hic, gemitu longo spiramina tendens,
 Succussu insolitas dat agris, tectisq; ruinas;
 Ille, dolore fremens, rumpente immania saxa,
 Ter, quater impingit terris, pelagoq; tridentem.
 Fronte fauete mihi, lingua mihi, quotquot adestis;
 Dum tumulo Christi dona exequialia mitto,
 Ob commissâ trahens gemitum, lacrymasq; profundens:
 Dum nunc mente typos, exempla, oracula verso,
 Nunc animum in specimen rapit bonitatis, & iræ,
 Cœlitus exhibitum signis: dum demiq; laudes
 Ore Dei vt peragam, veniunt ad carmina Musæ.
 Nec verò hic oculis pigeat te ducere fletum,
 Inq; pio obtutu rerum defixa tenere
 Lumina, quisquis ades, benefactaq; tollere laude:
 Non melius donum tibi, non dare gratius astris
 Ipsè potes, tenet orbis opes sub solis vtroque

Omni-

Omnipotens thalamo ditione : quid experat ergo
 Præter vota, fidem, gemitus, laudesq̄, decusq̄?
 Ac vtinam lacrymis, quas ob mea crimina fundo,
 Vsq̄ue perennis aquæ pia fors supponere venam
 Noffet, vt hanc animo fugerem deponere curam.
 O vtinam flammæ in amoris totus abirem,
 Misceretq̄ mihi fax toto incendia corde
 Præ desiderio Christi, præq̄, huius amore;
 Ne grauis in glaciem præcordia neceret annus.
 O vtinam in sonitum possem transire canorum
 Corpore mutato, celebrandis laudibus aptum,
 Pro superum meritis; & linguæ, gutturaq̄, essent
 Mille mihi, æratum pectus, vox condita ferro:
 Cantu immortalis laudes vt ad astra vocarem.
 Nunc nunc satidicis respondent pondera dictis:
 Vindicis in talum nunc vulnere cerno recepta
 Dentis viperei: ceruæ nunc cursibus actæ
 Turba insana canum dentes in corpore confert,
 Indignæq̄, Aurora capit spectacula prædæ.
 Tristia nunc video regi, è torrente bibenti,
 Pocula misceri, dum se fert æger eundo:
 Nunc oculis reddit se rubræ gentis ab ora,
 Tegmina cui plantis illudunt, tincta liquore
 Purpureo vuarum; quas torcularibus vnus
 Fas vt erat, domuit, penè iræ fluctibus haustus.
 Nunc, sub fasce dedit qui vitam, infraḡ, putatur
 Omne genus, plagis fœdatum cerno ministrum:
 Nunc trahor in medios conuentus, æthera pulsat

Mæstus vbi plangor, dum conscelerata cruorem
 Transfixi Ducis æra bibunt, mortiq; solutum
 Frigore demittit dolor, alius actus ad ossa.
 Pastorem aspicio nunc volui deniq; letho,
 Fluminis afflatum ventis, te loq; petiitum;
 Dissectasq; fugam balantes querere siluis.
 Talia nimirum te fata, & monstra petebant
 Christe, Patri supplex, sceptrisq; ad tempus omis-
 Exhibuisse Deum parcens, ac nate puella,
 Te serui vt facies inscriberet, hausta labore.
 Et quæ tanta fuit pœnas tibi caussa luendi?
 Ius, bonitasq; Dei: reuerentia Proles, amorq;;
 Nec non vis sapiens, opûs haud incauta ferendæ.
 Nam rea gens hominum legem sibi dixerat ipsa,
 Iura vel vt precio violata rependeret æquo,
 Vel necis æternæ pœnas daret. hæsit is altè
 Terminus; & pactum fixo Themis ære ligauit.
 Prospectu hinc mundum gens latè humana petebat,
 Si cui fortè darent se tanta in pondera vires:
 Talem in conspectu nullam, grauis ergo furore
 Aspera tempestas cœlum contraxit, & igne
 Altitonans Genitor tela indignantia torisit,
 Ex merito flammis vt totum inuolueret orbem.
 Tanta mali vis est. At postquam flammea iure
 Tempestatis hyems terris incumbere cœpit;
 Ecce Amor, & Bonitas simul insuperabilis æstum
 Voluebant propius, ter maximus inde Senatus
 De dando auxilio mitissima condere fata

Annuit:

Annuit : atq; viam Sapiaentia repperit vnam,
 Numine placato qua Gratia facta coiret.
 Nempe ream Sobolem vis culpæ aliena peregit,
 Iungeret vt meritis alienis hostia pacem.
 Haud interposuit consultis numina Natus,
 Quæ Ius, quæ Bonitas, & quæ Sapiaentia fecit.
 Imò Patri sese Maiestatiq; remisit
 Sponte precatorem, diuinæ ad tempus habentæ
 Deposito clauo ; pœnasq; explente merendo,
 Sese ita tractauit moribundi in corpore serui,
 Vilis homo vt satis toleraret tristibus ænum,
 Irarumq; faces restingueret ipse cruore.
 Plura licet verò sit mente & corpore passus
 Per mala iactato, quam quæ comprehendere verbis
 In promptu queat esse ; mali tamen ordinè ducar.
 Luna viam mediam, pleno orbe coacta, secabat ;
 Supremisq; epulis & dictis tendere noctem
 Desierat Christus : cum se taciturnus agebat,
 Et gressum socijs comitatus ab Vrbe ferebat
 Trans vada Cedronis , pluuiali concita cursu.
 Nec via duxit cum sine mente : tetendit eandem
 Cum gemitu Isaides , regno ob scelus exul ademptos
 Quem spes prosequitur tamen, atque in sceptrâ reponit,
 Terna vbi degeneri tepuere hastilia corde.
 Sic, pressus cumulis alienæ labis, & iræ,
 Isaides verus, quem primus imagine gessit
 Victi, & vincentis, spe curam, ac dura leuabat
 Pondera, quando Dei consulta hîc mente subibant.

Monti oliuiferi loca dein' consueta reuifit,
 Cui latera arboribus Gethsemana fertilis vrget,
 Delicia Domini: quís se persepe solebat
 Credere, siue precí, siue indulgere quieti
 Posceret. híc socijs octo in conualle relictis,
 Tres addit comites: quos pertentabat amore
 Thabor ouans, Nato cum maiestatis honorem
 Afflaret Genitor, libaretq; oscula vultu,
 Vultu, quo nebulas tempestatesq; serenat.
 Hos magis ad luctus animos durasse decebat,
 Vt comites casum complecti posset in omnem.
 Hortoq; omen inest: quia res vim labis, in illo
 Contracta, monet & promissa reuoluere mente.
 Vtq; vbi se pomis Edenius induit hortus,
 Heu dedit vnus homo nos morti, furtá patrandos
 Sic, vbi pomiferis colitur Gethsemana campis,
 Reddidit vnus homo nos vita, furtá piando.
 Noxius est coluber: crudelis tu quoq; Virgo
 In genus omne, dolos necebat ab arbore serpens,
 Dans mala mala tibi: mala data mala premebas.
 Crudelis Virgo magis, an draco noxius ille?
 Noxius ille draco: crudelis tu quoq; Virgo.
 Icta at Virgineus dux anguem calce petiuit:
 Restituitq; rei plus, quam draco seuis ademit.
 Ergo locum vt tetigit, sibi rerum surgere vidit
 Mox faciem, secum quam mente peregerat anté.
 Tum verd in curas animum rapit angor: & horror
 Luridus afflictum circumstat: cunctaq; soluit

Fri-



Frigore membra timor & pallorq; obit ora; natantq;
 Ante oculos Infernae tenebrae; perq; omnia currit
 Ossa tremor nervis torpentibus; imag; retro
 Se glomerans, haurit praecordia sanguis; & alte
 Pectore constricto, cura aestuat intus acerba;
 Conclususq; viam sibi rumpit spiritus vsq;
 Corde relaxato suspiria ducere tendens;
 Deniq; subsistit vox ore, pauoribus haerens.
 Quin (incredibile auditu, memorabile dictu)
 Ipse cruor, presso vi summa corde repulsus,
 In guttas resolutus abit, terramq; cruore
 Proruptus tingit sudor, de corpore manans.
 Heu quid agat? tempus graue nunc spectacula poscit
 Talia, nec vires exercet numine Verbum:
 Quod tamen in nihilum labi, sibi foedere iuncta,
 Membra vetat, dextraq; fidem clam porrigit alna;
 Et quo dante, secans pernicibus aera pennis,
 Angelus edocuit laxare leuissime curas,
 Incenditq; animo vires, tot fluctibus haustas.
 Hac inter, socios hortatibus vsq; fatigat,
 Vt precibus vigilant, nec inertes ducere somnos
 Sorte sub hac optent, mox corripit eger ab agris
 Corpus, & ad lapidis iactum euolat, inq; recessu
 Ore petens terram, voto astra ter implet eodem:
 Ne mihi, ne, Genitor, tanta infisce pocula; parce,
 Parce malis; ne me sub tanta pericula mitte.
 Si tamen haud aliter fatorum voluitur ordo,
 Aq; tibi constans ita fert sententia corde;

Promptus in hos casus eo, nec paro flebere iussa
 Sic ait: & quoties, curarum exercitus vndis,
 Congressum repetit comitum, vt sibi corda leuare
 Alloquijs tentet; somno ac terrore sepulti,
 Et fusi toties in gramine, lumina condunt,
 Ignauusq; oculos pauidis stupor vrget inertes.
 Mæsta sui tantos rectoris terra labores
 Commiserata ciet gemitum horrifico mugitu:
 Lunaq; pallescens premit in caligine lucem:
 Et trepidum ad voces sonitum vicina remittunt
 Saxa: simulq; oleæ lacrimarum flumina voluunt,
 Hospitium Christo non amplius inde daturæ.
 Imo incredibilis tempestas pectore seuit:
 Nec veniens Hædis ita rura cadentibus imber
 Verberat; aut fluuijs tam multo grandine nimbi
 Præcipitant, vbi sol propior fugat Orionem.
 Non tantos Libyco vis æstus gurgite miscet,
 Præcipientes exercet vbi discordia ventos
 Marte fero, & Nereus attollit concitus iras.
 Non etiam exultat sic spumeus amnis ab æstu,
 Visq; ardens furit intus aquæ, voluitq; vaporem,
 Quando alimenta fouent ignem creberrima circum.
 Et sanè, cur sic dolor osibus ardeat imis,
 Causa ter in promptu est & sepius, omnia traxit
 Indubitatæ homo, sine crimine, matris ab aluo
 Propria, quæ animos hominum, quæ membra Creatrix
 Afficit, immisit necis illa metumq; fugamq;
 Omnibus; vt, sese complexu corporis arcto

Diuelli,

Diuelli, doleat Mens, prima in origine iuncto ;
 Vtq̄, dolor surgat, cum disturbante ruinam
 Morte facit tectum, quod mens, quod vita colebat
 Corpore clausa suo, fœdusq̄, ad tale creata.
 Ista tulisse parum est : peccati quicquid vbiq̄
 In mundo fuit, est, erit, vnus vertice tollit.
 Pondereq̄, vrgetur, quanto non surgat Orbis
 Culmine sub cœlum, Carmelo impostus, & Hermos
 Obruiturq̄, mali cumulis, per littora quantos
 Non fruatur Oceanus congestis vastus arenis.
 O onus, ô moles scelerum : Si, viribus impar,
 Vnus ob noxam cœlis, tot lucibus ardet
 Indulgere Cain, tot coniecit ore querelas ;
 Quid mirum fuerit, si Christo tristitia mentem
 Precipitent, in quem dolor omni ex orbe redundat.
 Nec non fulmineos oculos coniecit in illum
 Ira Dei, strauitq̄, exanguis corda pauore,
 Et sensu stimulos in pectora condidit alto
 Supplicij, & pœnas alienos sumsit ob ausus.
 Lex etiam, ad pœnas sceleratos iussa vocare,
 Crebrius ima perit duro præcordia telo ;
 Comprenditq̄, animum librato fulminis igne,
 Et pariter fumi glomerat caligine noctem :
 Monsq̄, Sine, attollens nebulas, ac murmura miscens
 Turbine, procumbit cumulo, & cor transit in ipsum.
 Præterea Stygius fremitum leo tollit ad auras,
 Dentibus infrendens, irasciq̄, acer in vngues.
 Omniaq̄, insultans arma aduocat Orcus in vnum.

Adde, truces offert quòd Desperatio vultus,
 Plagâq; sine carens, & Erinny's lampada quassans,
 Fœdâq; mors animæ, damnatâq; lumina nocte.
 Deniq; sollicitat stimulis iactura dolorem,
 Iras, exitiumq; sibi dum contrahit vltro
 Crimine Thariadum gens cæca; actosq; furore
 Dum stat apud multos tanti malè gratia facti.
 Nam si pro populo Moses, & Apostolus optant
 Deuouisse caput; quanto magis acer Iesum
 Tangit amor, cunctis pro gentibus edere vitam:
 Isq; vt ad aspectum Solymæ suspiria traxit;
 Excidiumq; suæ miseratus gentis, obortis
 Diffudit lacrymis mororem: ita signa misertus
 Iam non flendo dedit modo, sed sudando cruorem.
 Nec verò, hanc inter faciem lucetq; fugetq;
 Iste in præcipitem misit locus omnia casum:
 Victor id, victor gressus ex hoste recepit,
 Atque metus omnes, & inexuperabile fatum,
 Et strepitum inferni pedibus subiecit auari:
 Auctâq; Christiadum spolijs est regia fixis;
 Et nobis pariter talis victoria cecidit,
 Vt non ira Dei, figens sub pectore tædæ,
 Non vapor, & flammæ Legis, Sinæq; fragores,
 Non leo tartareus, fremitu qui concutit orbem,
 Non falx dira necis, vel Erinny's acerba, vel vmbre
 Noctis perpetuæ, non pænæ atrocis imago
 Arrigat indignum subituris fata timorem.
 Victoriq; facit testem demissus ab alto,

Solandoq̄, puer iussus lenire dolentem
 Id quoque vota probant, quis detrectare refugit
 Iussa Parentis, idem vox edoet, omine leta;
 Quam, fortes animos versare in corde retentans,
 Edidit: in mortem vadam; quid iussa moramur?
 Iamq̄, animos fatis aptauerat omnibus heros:
 Cum se militibus Solymūm comitantibus affert
 Hortator scelerum: Iudas: rutiloq̄, lacepsit
 Lumine fax era, & noctem funalia vincunt.
 Nec mora: cum clamore ruunt: armatus obusto
 Hic torre, hic dextram grauidis in praelia nodis
 Stipitis expediens, hic funibus acer, hic armis
 Lucidus, hic gladio fidens, hic arduus hasta.
 Compeditibusq̄, cohors manibusq̄, inimica prehensum
 Occupat, ingratus dum proditor oscula figit.
 Scilicet, vt, vinculis peccati, Erebiq̄, necisq̄,
 Mandatos, homines libertas alma reuisat,
 Christe, pedem impediunt tibi vincla, arcentq̄, lacertū
 At Solymi vt vitent, quera sese pectore ferre
 Possit in aduersos; coram, quem queritis, assum
 Inquit: Et his dictis, ceu turbine fulminis actos,
 Eminus insolito resupinos impete fudit;
 Et, se sponte neci caput obiectare, probauit.
 Precipitant per opaca fugam loca nocte relicto
 Dispersi domino comites, dumisq̄, teguntur.
 Solus ibi hanc speciem Petrus haud tulit, improbus ira:
 Sed medium iniecit sese moriturus in agmen,
 Diripuitq̄, ensē vagina; & vulnere seruum

Pontificis violans, dextram oculus abscidit aurem.
 Verum mox Dominus: tali hoc non tempus egebit
 Defensore (refert) non fas decernere ferro.
 Sic fatus, medicam dextram auri adbibere parauit.
 Parcit vi senior, capti vestigia seruans
 Ponè gradu: & ficta spem fronte serenat in aulis,
 Dissimulans comitem, Caipha dum siflit, & Hannæ
 Nox, somnis inimica, manus post terga reuinctum;
 Dumq; malo inuigilant cuncti, gaudentq; leones
 Occursu fecisse metum, tauriq; canesq;
 Turpe ô Consilium, procerum insanabile ternis
 O caput Anticyris, sine lege creatus in annum
 Sacrorum antistes, caligine confitus atra,
 Ignarus Vatum, Messia nescius, exlex,
 Et cute curata Saducæo de grege porcus,
 Iudicium vocat, vt mittatur iniquus in vnam
 Calculus, immeritumq; neci sententia dedat:
 Idem actoris agit partes, litem secat idem.
 Crimen iners fingunt testes; nec id, ore refellit
 Captus: res etenim mendaces ipsa refutat.
 Ast vbi conantur personam incesse probris;
 Dicta parat contra, diog; hanc tollit honore
 In solum Patris, & fundit se numine circum.
 Nunc me fata iubent (ait) vt sim vilis, & expes,
 Et supplex: sed erit tempus, quod deinde per orbem
 Sub pede cuncta meo vertiq; regi; videbit,
 Et terris reddet me, iudicis ora gerentem.

Tum verò ignescit dolor omnibus acrior intus ;
 Abscisq̃ togas furiata mente feruntur .
 Ingeminat Caiphas ; reliqui clamore sequuntur :
 Quid res lucis eget ? conuicia iactat in astra ,
 Esse sua fingit quicumque in stirpe Tonantem .
 Nec mora, nec requies : circum errat tempora pulsans
 Licetorum manus ; & probrum ingeniosus ad omne,
 Exercet sannis sceleratam, ac verberare noctem
 Miles ; & obtendens nigranti lumina veste ,
 Infringit colaphos ; alternaq̃, vulnera iactans,
 Diuinare iubet, quinám occupet ic̃tibus ora .
 Interea reuoluta dies cum luce ruebat
 Oceano, funus Domini visura cruentum .
 Captus in arbitrium Pilati mittitur inde ;
 Imperio Tiberi Syria qui legibus vrbes
 Temperat, exutasq̃, armis Latioq̃, rebelles
 Seruitio premit, ac furit híc clamoribus aër :
 Mitte neci cruce, mitte neci cruce, Romule, vinctum,
 Insum superis, & seditione potentem .
 Romulides vitam deducti, & crimina discit
 Vana : simulq̃, ipsi fide nocturna maritæ
 Delata horribilem portabant visa timorem .
 Verùm haud abstinuit culpæ submittere mentem .
 Nimirum, vt redeat perituro in pristina mundo
 Christi morte salus, non exorata stat altè
 Duro adamante via, & certus sic vertitur ordo .
 Ne tamen infontem figat cruce, callidus ista
 Litis in Herodem arbitria traicit Auson .

Ille

Ille, ubi per monstrum voto haud respondet Iesus,
 Fit leo, qui vulpes fuerat: perq; atria ludum
 Ut faciant proceres, iubet: & contempta trahentem
 Tegmina Romano transmittit rursus habendum.
 His actis, aliud secum Dux mente volutat:
 Ac, populi ut caderet fragor, haec sententia sedit.
 Astrictum plantas ad tigna, manusq; catenis,
 Diuinum quatitur flagris (miserabile visu)
 Corpus: & innocuo pratoria sanguine sudant.
 Fascibus, & loris statuit dein Praeses opertum
 In populi medio, laceros immaniter artus
 Perfusum tabo. & quoniam sibi nomina fecit
 Regia, confessus se verè hominemq; Deumq;
 Ex humeris Tyrius nodo dependet amictus:
 Impiet arundo manum; laceratq; tempora sertum
 Impedit, è spinis nexum; conuiciaq; inter
 Improbata sedato pugnus grauis haeret in ore.
 Palluit aspectu Sol, atque remisit habenas,
 Oblitusq; sui se non cognouit euntem;
 Et visum in lacrimas penitus se soluere caelum.
 Ipse quoque auertit vultum, suspiriaq; hausit
 Pontius, infantis fata execratus iniqua.
 Aspice: qualis homo? visu hic Acheronta moueret.
 Sic ait: at precibus magis, & magis ardor anhelat
 Hostibus: ac rursum clamore incenditur aether,
 Vnaq; vox: talem terris auertito pestem
 Caesaris, & superum; sige ò cruce, sige merentem.
 Quid? vestrumne ducem cruce? rex nunc vnicus esto

Caesar

Caesar (ij referunt) inimicum tuum capis illum?
 Talibus, atque alijs dum tunditur vndique Prætor,
 Annuit heu victus vinculi dimittere curam:
 Non secus, ac vanis insurgens nauit a tonsis,
 Flectit iter, nimboſa vocant qua flamina curſum.
 Vtq; rapi inuitum ſe vento, vndiq; doceret,
 Conſpectu in populi luſtrabat ſumme palmas.
 Sed tantum ſcleris, quantum ſuſcepit inertis
 Iudicio, toto non ablucet equore Tethys.
 Parte alia ſiluis Iudas ſucceſſit opacis,
 Cui Furie vltrices necebant arbore nodum
 Informem lethi: laqueoq; extrema ſequutus
 Turpe pependit onus, vita fugiente ſub umbras
 Cum gemitu, demens, qui non expoſcere pacem
 Auſus erat votis, & ſpe pia vota fouere.
 Non Petrus his diris agitur, per ſidera, perq;
 Dulce caput nomen Chriſti abiurare ter auſus:
 De ſe ſupplicium dans illi, quippe retorſit
 Cum lacrymis animum, quis noxq; diesq; madebat
 Præcepitq; fide ſibi, non dubitante, ſauorem.
 Felix, qui precibus pacem exquiſiuit in Ara,
 Sanguine reſperſa, delentis fœda, magiſtri.
 Ergo vbi res nutu maleſanæ gentis ière,
 Dat gemitum innumeris mox icla ſecuribus ilex,
 Et geminis ſurgit fatalis roboribus crux,
 Guttore qua coruos audit ſcleratus ouantes
 Golgatha: quem colle ſolyi fecere profanum,
 Cum gens ſancta patrum tumulis coluiſſet honorem

Illius,



Illius, optatis vt ibi composita sepuleris
 Cum Christo vitam rediuiuo rursus iniret.
 Latronum in medio, velut ante immanior omnes
 Crimine, traiectus mucrone manusq³, pedesq³
 Illic membra dedit ligno tendenda nefando:
 Quod Deus irata prece detestatur, vt atris
 Deuotos diris mactata piamine lustret
 Victima, damnatosq³, aliena piacula resoluant.
 Vtq³ oculis hausit seuo ictus ab angue salutem
 Arabie in siluis, ad abenum lumina vertens
 Suspensi colubri simulacrum: ita robore pendens
 Vera salus curat Satana data vulnera morfu.
 Et iam tempus erat, quod eum, qui, motus amore,
 Se paci obtulerat medium inter nosq³, Patremq³,
 In cruce sacra suo iussit dare tincta cruore,
 Extremamq³ manum tantis imponere ceptis,
 Pontificisq³ orbi curam prestare fidelem.
 Hanc igitur primū, cum verba nouissima dixit,
 Imo è corde precem fudit: mitissime, fontes
 Prosequere ò venia, Genitor, votog³ patebat
 Numen: & astra sonis id adhuc sine fine laceffit.
 Nec minus inuitis caussam necis hostibus Auson
 Mandauit titulo tribus alto in stipite linguis,
 Fama quibus toto sacrorum diditur orbe:
 Iesus hic est Nazareus, rex Iudeorum.
 Exuias etiam suspensi parte petiuit
 Quadruplici, & tunice velamina sorte satelles
 Traxit: atroxq³ caput risu quassauit amaro,

Nec

Nec summa, furijſq; in morte pepercit apella.
 Hæc inter, genitrix: lacrimas, perfixa dolore,
 Cum daret, ac truncis acclivâ colla foueret;
 Ad Zebediaden heros sic ore secundum
 Excipit: hæc mater tibi, tuq; huic filius esto.
 Læta, Deum poſcens veniam, mox accipit aure
 Verba latro, ad dextram conſors necis, arbore fixus:
 Crede, ambos hodie felix Paradifus habebit.
 Iamq; umbris medium contractis axe tenebat
 Sol iter: Ecce autem prætexens ille tenebris
 Vultum, & quadrupes trifti caligine condens,
 Præbere abſtinuit ſcelerata lumina genti,
 Meroremq; indulſit equis; oculosq; reſorſit
 Regem auerſatus, quem contulit omnis in vnum.
 Omnia pro nobis maledicta & mundus, & æther:
 Et nox, oppoſita confundens ſœdera lunæ,
 Incubuit terris, ſine ſole ter iret vt hora.
 Lux oritur naſcente Deo, moriente recedit:
 Signaq; dat tridui, quod aget ſub nocte ſepultus.
 Tali dum ſunt, dolor intima ſeuit ad offa;
 Et magis, atq; magis, pendens cruce, diuidit ægrum
 In curas animum; vultuq; ad ſidera verſus,
 Corde trahit gemitum, & ciet hæc in vota Parentem:
 Heu Deus, heu Deus, heu Nati quò cura reſeſit?
 Accepit Genitor vocem, accepere miniſtri
 Aetheris: ac gemitus per cunctos maximus inuit.
 Signaq; dans lætus, ſonitu Pater increpat auras
 Nimbipotēs, hyememq; agit, & quatit, horridus Auſtris,

Ardua metu: Et ni lus, Bonitasq; ita fœdera iungant,
 Tartareos subito confidat mundus in ignes.
 Inde (vt cuncta fides manifestè oracla sequatur)
 Dum miser ore sitim tormenti colligit aestu,
 Vndantiq; animam diffundit sanguine sensum
 In Patris gremium; sitio, date pocula quæso
 Fontis, ait. nec plura: siti vox faucibus hæret.
 Gens risus inimica dedit: morientis & ora
 (Cui venis haustos adduxerat omnibus artus
 Acta sitis) tristi sensu potantia traxit
 Felle nigro grauida, & corrupto spongia Baccho.
 Quo samto, os aperit solamine: cuncta peregi,
 Sat satis, meritisq; datum. sic insit, ad astra
 Vocem iterum tollens: Pater, oro, ser obuius almos
 Amplexus animæ. corpusq; hac voce reliquit
 Spiritus: & vitam, ponens caput, expirauit.
 Immeriti exemplò peragebant omnia signum
 Funeris, ac dignos nobis incendere luctus
 Corde laborabant. Latius præcordia plangit
 Centurio, in melius referens formidine mentem:
 Arua tremor pertentat: humus tumefacta volutat
 Mugitum: horrificas dant mœnia quassa ruinas:
 Abripitur cæco passim descensus hiatu,
 Insuetasq; dolor rimas agit altus in antris:
 Et somno excutitur tumba defunctus aperta:
 Nec non triste fretis spirat mare, pulsaq; fluctu
 Littora miscentur, lateq; ruentibus agros
 Pontus aquis premit, & sub gurgite possidet vrbes.

Quidæ



Quid? quòd inaccessis defendens lumina sacris,
 Cum sonitu geminis fissuram traxit ad imum
 Partibus à summo velum: nam maximus ecce
 Rupit ad astra pijs aditum nunc morte sacerdos.
 Atq; opus & precij monumenta exegit Iesus
 Omnia sub sancto sanctorum: & parcere iussit
 Legiferi posthac nos ritibus. umbra quid vsu
 Præstet enim vltreius, si res iam certa, sub vmbri
 Tecta, fidem exhibuit? quis bonos penetralia seruet
 Amplius, ingresso Christo, cui structa fuere?
 Territus, & crimen formidine gentis acerbans,
 Romulides patitur tumulto succedere corpus.
 Antè tamen miles rimatur saucia ferro
 Pectora: quis ruptis, fons vnde, fonsq; cruoris
 Imbuit inde crucem, tinxitq; aspergine matrem.
 Christigenum genitrix, Ecclesia: Vocis, & vnde,
 Flatusq; etherij sancto illa vigore renata,
 In florem innocuum redit, atq; recolligit annos,
 Quis fuit vsus Adas, nondum excrabilis ausis:
 Sanguine præterea viciosum diluit omne
 Crux Seruatoris, monumenta salutis adepta.
 Membra dehinc vario perducit odore, resixa
 Stipite; marmoreaq; imponit mole sepulcrum
 Iosephus, pacisq; bonus, belliq; minister;
 Cui dederat Rhamatea genus, Samuele superba.
 Infert se socium Phariseus, clarus honore;
 Quem nox cum Domino conspexit iungere dextram.
 Sanctaq; fatalem duxerunt membra quietem

Sub saxo, donec freta Sol Eoa reliquit

Tertius: aquarei ceu monstri ventre latentem,

Ilia balena tendens singultibus, Eos

Tertia, littorea vatem exponebat in vluu.

Interea verò plagas tulit Vltor ad Orcum

Spiritus, excidioq; dedit Cocytia regna,

Et pœnas domito Phlegethontis ab hoste recepit.

Finis hic est Christi fatorum; sorte Sequestrem

Exitus iste tulit, Patri lytra debita dantem,

Et pedibus Stygij subigentem colla colubri.

Quicquid at exhaustum pœna est, auctoribus omne

Per coaceruatos nobis ob crimina luctus

Morte sua expleuit necis insons. mite cor eheu,

Vnde renascenti vitalem impendit is ignem,

Ira tot facibus, curaq; inuoluimus vndis,

AETHERIAS donec calor est dilapsus in auras:

Vicinumq; latus terebrante reclusimus hasta,

Quod fouet ecce sinu sponsam, genus inde trabentem.

Vultus, qui tenebras pellit, qui concita placat

AEQUORA, qui blandum nobis respondet amorem

Ex oculis, nostro luorem duxit ab ictu.

Dulce caput, nutu quod concutit astra benigno

Auditis precibus, sumus ausi peccere pugnīs.

Ori etiam colaphos impegimus, oscula gaudent

Cui dare cœlicolæ, quod Verbi nuncia perfert,

Quod facit ad Patrem pro nobis vota, quod afflat

Sacratum Zephyrum, quod fœdus pignore sancit

Brachia, complexu quæ nos tenuisse laborant,

Trans-

Transuersa & ueruis diuisa tetendimus orno.
 Dextram, quæ validas gerit, ac regit orbis habenas
 Datq; per aduersos inuicta funera ferro:
 Et leuam pariter, quæ contra fulminis iras,
 Vim contra, & furias Stygis, arma hostilia contra
 Sustinet vmbonem, clypeiq; decemplex orbis,
 Applicuisse trabi fixo certauimus are.
 Atq; pedem, insultat presso qui calce draconi,
 Hausimus aratis bis adacta vulnere clauis.
 Corpusq; omne, polo quod amore, & sœdere terram
 Deuinxit, iunctumq; Deo est, constringere vinculis.
 Et virgis tulimus petere, & versare flagellis.
 Fas ergo vt lacrimæ fundantur nocte, dieq;
 Ob scelus, incumbatq; arguto quisq; dolori.
 Fas tamen est etiam, læro spem corde secare,
 Votisq; intrepidus ad sidera tollere vultus:
 Christus enim, quicquid peccati est, morte piavit.
 Imperat hic ira Genitoris, lytraq; soluit
 Omnia pro nobis, deleta sanguine noxa.
 Te nihil in lacrimas iuuat ire, & scindere luctum;
 Propria ni capias tibi dona hæc speq; fideq;
 Parta Dei meritis genti communiter omni.
 Hacq; peracta tenus sancti præconia lethi.
 Talia dum verò meditando reuoluere cesso;
 Nunc mihi Christicolam tangit queq; pectus imago.
 Illi cum domino fortuna vtuntur eadem;
 Atræq; fors seruum, fors excipit atra magistrum.
 Cogimur indignas in sletum ducere voces:

Innocuis tendunt vim duram, & vincla tyranni,
 Pontificumq; cohors: operit nos assecla probris:
 Roma, premens sicto nos crimine, nescia veri,
 Et pietatis inops, crudeliter intonat ore,
 Et fulmen quatit: hostis atrox, moderamine abusus
 Sceptriferaq; manu, simul vndiq; fulminat armis:
 Bellua multorum capitum, plebs impete fertur
 Aure inconstantis: probat, improbat; expetit, odit:
 Poena nec in mortes, in vulnera sufficit ensis,
 In plagas manus, in tumulos humus, arbor in ignes.
 Sed bene res agitur: nam vicit, quicquid acerbi est,
 Christus; & affecit nos haec victoria partis.
 Libera turba malis, totoq; ex asse beata,
 Letitiam poenas pendente fouebimus hoste.
 Tu modo Victoris vestigia praevia passu
 Non titubante legas; exemplog; inde petito,
 Ad studium formes animum pietatis, & vsum
 Armorum, quibus est in bella audaciter eundum.
 Ille humilem, dicto parentem, ad sceptrata quietum
 Segerit; & sceleri mundi se totius insons
 Inscribi patitur; super atq; aduersa ferendo;
 Itq; animis contra. Patri is persoluit honorem;
 Sideraq; incendit precibus; gratesq; celebrat;
 Et, satis grauib; contraria fata rependens,
 Ponere spem nescit, cum vitam demiq; ponat;
 Et meritam fuso laudem quoq; sanguine pensat.
 Talia si satis imitamine reddis in arcibus;
 In teconsistet simul exitus, aspera flectens.

A te principium sit, & in te finis, Iesu;
 Mors mortis victa, vita spes sola futura.
 Vulnere leta gerens, te, morte natantibus, asser
 Hic oculis bonus: & nullis superabile telis,
 Sis textum clypei, quo nigram tectus ad horam
 Me teneam, ob noxas ubi fulmina mittet Olympus;
 Visq; tyrannorum, mundiq; Orciq; potestas
 Et necis, & scelerum Martem vindiq; scena ciebit.
 In tua votiuos me nomina ducere versus
 Audiat ò, quoties effert sol fluctibus ortum,
 Et quoties fuscis nox terram amplectitur alis.
 Omnis humus iactet mecum hanc ad sidera vocem
 Leticia: nostrum, propter nos virgine cretus,
 Tu scelus expendis: variorum dira laborum
 Per latus omne salit tibi per latus omne caterua:
 Pectore vertuntur tristes sub pondere sensus;
 Inq; mali obtutu pendens, diducitur omnes
 In luctus animus: trahis impia corpore vincla:
 Opprobria, & crimen diuinas vulnerat aures:
 Hostis ab aspectu dolor orbis luminis vrit:
 Nare trahis sputum lictorum: fellea tristem
 Poela sitim fallunt: distringunt vulnera neruos:
 Effundisq; animam cum sanguine, missus ad Orcum;
 Vnde pedem victor, placato patre, reportas.
 Tanta molis erat sanctorum condere gentem.

CHRISTVS VICTOR

SE rerum facies aperit noua, Christe, trophæis
Insignita tuis, & honoribus, auctaq; donis.

Qualis id nunc es? quantum es mutatus ab illo?
Cuius ab aspectu, turbato federe, prescit
Mundi oculum, clausitq; diem ferragineus sol;
Et per humum gemitus inêre, tremorq; cucurrit:
Dum scelus ob nostrum pesti deuotus, & ira
Lege Dei iusti, districtus brachia palo,
Oppositus letho crudeli, icluq; petitus
Serpentis, cælum singultibus omne ciebas,
Teq; polo inuisum, diris simul orbis agebat.
It vice res versa: Te detestatio nuper
Cunctorum tetigit, scelerato robore fixum,
Contulit Vltor vbi maledicta iratus in vnum
Omnia nunc verò bene sidera, terraq; dicit
Tollenti è tumulo caput; atq; peremibus omnes
Prosequitur Numen benedictis, propter eundem.
Vulnere ferta tibi stringebant spinea frontem,
Verberibus secto, laceratoq; vndiq; probris:
Nunc obit ecce comas auro, gemmisq; corona,
Et tibi fundit apex letas per tempora flammis;
Et decore ingenti circumfuis; altaq; duxti
Nomina, quis submittit honos per summa, per ima
Omne genu; sociumq; immensis cepit habenis
Te pater, imponens dominum terræq; poloq;
In cruce fundebas animam, & violenta cruorem

Hasta

Hasta Necis, Satanae, Sceleris, Mundiq₃ bibebat :
 Nunc te perpetuae digna indulgentia vitae
 Victorem exceptit, blanda omnes statq₃ per annos
 Fortuna imperij. spes destituebat alumnos
 Te moriente pios : nunc caelo insignibus aequant
 Auspicijs animos ; & secula nostra celebrat
 Quadruplicis doni praestantia : namq₃ ministras,
 Ut sit homo sapiens, iustus, sacer, utq₃ redemptus.
 Theauris sapientiae te summe affecit Olympus,
 Esse, & velle Dei quae percipit : hosce retexti
 Ignotos homini . pro crimine lytra dedisti
 Insuperum patiens, soluitiq₃ omnia iuste
 Legi : hanc iusticiam nobis transcribere gaudes.
 Integer es solus nascendo, sanctus agendo :
 Inde Deus placido nascentes lumine vidit
 Propter te, veluti generis sine labe creatos :
 Inde simul per te verbum, Flatusq₃ renata
 Numinis effigiem diffingunt mente refusam ;
 Iusticiaq₃ arbor se fecundissima dignos
 Induit in fructus, ut in Ara dona feramus
 Grata Patri, placeantq₃ fides quae praestat in actis.
 Contrundisq₃ feros hostes, subigisq₃ draconem
 Calcibus : eaq₃ malis & Aeuernae gente receptos
 Vindice captiuos dextra inter premia ducis.
 Talis es : ac talem reuocatum a funeris umbris
 Nouimus : atq₃ fide capimus bona, parta triumpho.
 Viribus hanc tantis instruxit, ut esse beatos
 Sola det, alma dies, quae Christi fata nouauit

Debellatoris : quem credimus esse reuersum
 In vitam. huic igitur palmæ cum pondus id insit,
 Quam premit ore Satan ; nobis dant plurima testem.
 Prima fidem faciunt Sophiæ monumenta sacratæ
 Oraclis, visis nocturnis, atq; diurnis,
 Laude rei gestæ, sacramentisq; typisq;
 Summa salutis enim seu nuncia mente reuolues ;
 Seu plectro Isaidæ cupies aduertere pectus,
 Amosq; sati monitis ; seu deniq; Christum
 Testem adhibere velis : non fallent edita fatis.
 Nec Deus in fatem Belsasaris irrita misit
 Somnia, vidit vbi dante inçlyta scepra Parente
 Accipere, & fasces sine meta attollere Natum :
 Aut frustra Amosides penetrauit lumine nubes,
 Quæ Cherubi & Seraphi cantum, plausumq; dedere
 Ter Domino, postquam templi ardua limina supra
 Composuit sublime thoris latus, igne coruscis.
 Vt Gideon etiam, pascentem lampada testam
 Discutiens pulsû, belli omine signa secundo
 Extulit ere cauo, dirimendi stragis aceruis
 Clade sine Abramidum : sic funera corpore passus
 Deseruit vitam, terrore Sequester vt hostes
 Sterneret extinctus, tumuloq; euaderet ardens.
 Quin nec Abras, iusso præputia vulnere ponens,
 Hoc sese tenuit ritu, sine fœderis vsu :
 Nec sine spe vitæ, morem coluere nepotes
 Fungendi cæna, celebrata Paschatis agno :
 Nec laticem inuergit frustra, sacrataq; fundit

Verba

Verba simul ritus, quo primum fœdus inimus
 Cum duce Christi adûm : nec mensæ accumbit inani
 Gens pia, quam dapibus construxit Iesus opimis.
 Deniq; Victori respondet imagine Ionas, 1. 334. 114.
 Precipitatus aquis, & ceteri faucibus haustus :
 Quem reuolente Salus vbi pisce à morte reduxit,
 Tres ierant sine sole dies, sine sidere noctes.
 Deinde, polo missis, hac quomodo deesse valebit
 Parte fides genijs, quibus absistebat ab ore
 Fulgur, & aspectum niue præstringebat amictus ?
 Marmore nam tumbæ reuoluto, altoq; recussa
 Omine leticia tellure, trophæa tulcrunt
 Per Latios fama vigiles, matrumq; per agmen,
 Vltima que tumulo persoluerè dona volebant
 Fundendo lacrimas & odores : hasq; redactis
 In mentem Domini monitis, mærore leuârunt.
 Quid ? quòd ibi aspectu se non subtraxit amico
 Ipse necis domitor, sed aperta in luce videndum
 Se dedit vndecies : ad mania quando sepulcra
 Magdalena dabat fletum : redeuntibus illinc
 Matribus in campo vestigia quando ferebat
 Obuia dux viuus : quando Petron ardor habeat
 Sternere se coram duce terræ, ac tuta rogare :
 Quando viam tristi Cleophas Lucasq; trahabant
 Sermone : his cœtu soluentibus ora coacto,
 Quando seram opposuit foribus metus inter inermes,
 Dum Thomas aberat : quando obijce ianua rursus,
 Dum Thomas aderat, fâllebatur clausa timorem :

Quando Genesare pellebant aquora tonsis,
 Retia ducentes, septem: prece quando potitus
 Iacobus reducis decus hausit lumine: quando
 In certum vndenos comites Galilea vocauit
 Quingentosq³, pios sub vertice Thaboris alto:
 Quando vndena thoris discumbere turba parabat:
 Quando triumphatis iter hostibus, æere septus,
 Nubiugo curru felicibus intulit astris
 Victor ouans, quod erat visus simul inde bis, adde:
 Cum Stephanus saxis coopertus finit euum:
 Et cum quadrupedes, factio in contraria saltu,
 Precipitem, propter vibratam ex æthere lucem,
 Effudere solo Paulum, terrore pauentes.
 Præterea dictis, miraculis, morte fidelis
 Turba ministrorum præconia certa peregit:
 Sanctorumq³, cohors rem fama in secula misit,
 Surgentes tumulis quos vita affecerat heros,
 Inter cælicolas ducenda, Acheronte remisus,
 Postremo excubitor testem non abnegat ipse,
 Cui sorte ad tumulum custodia fida cadebat
 Seruandum, per humum sine voce, & pectore fufus,
 Non poterat contra strictum consurgere in ensen:
 Morsq³, oculos umbra circum trepidante volabat,
 Tandem, vbi mens redijt, sese collegit in arma,
 Eripuitq³, fugam, quam præcipit auerat horror:
 Incenditq³, nouis stupidam rumoribus urbem.
 Quis vero sat opes ingentes carmine dicet,
 Nos quibus accumulat rex, vitæ ad lumina surgens?
 Omnia

Omnia pro nobis metam tetigere peracta;
 Accessitq; fides oraculis debita cunctis.
 Quae nobis steterant pressum in caput, eruta luctu
 Regna fremunt sceleris, necis, Orci, & deniq; mundi.
 Tristia nunc melior peccata obliterat atas;
 Et Deus, ob noxas insensus, sinijt iras.
 Inuida Mors, vbi sunt tua tela, immania tela?
 Dens vbi, qui Christi degustat vulnere plantam?
 Vertitur in tali victoria funere nostra: f. 333.
 Tela retusa iacent: dentem non amplius audes
 Exegisse pijs per pectora. traxit Iesus
 Hinc monumenta: iaces: dum vincis, vinceres ecce:
 Pestis erat pesti, mors morti, & Auernus Auerno.
 Est vbi nunc Satanae rabies, fraus, arma, catena,
 Terror, & insultus? rabiem, fraudem, arma, catenas,
 Terrorem, insultus, cohibet, domat, opprimit, aufert,
 Sedat, & eludit vindex, quem fata reposcunt.
 Mundus iners etiam, raptiq; furore tyranni
 Vincula contendunt incassum, & bella fatigant.
 Grandis adhuc meriti bona, praestita Vindicis armis,
 In nos ex auctore, velut torrente, redundant,
 Instorum vt titulo fungamur, pace fruentes.
 Ac vt culpa reum te, Christe, aliena peregit;
 Sic aliena tua saluos ope gratia praestat.
 Quid loquar, vt regi talis victoria Verbo
 Conscribat populum, sanctoq; a sanguine ducat
 Progeniem, caeli post fata in parte locandam?
 Vtq; eadem sacra vires exerccat Aura?

Deniq;

Deniq₃ pressa solo viuus calor ossa reuifet,
 Inq₃ nouum corpus storem immortale redibit,
 Quod mortale fuit: cui leta insigne iuuenta
 Lumen praeses opum, comptosq₃ afflabit honores.
 Noster enim sponsus, caput, arbiter, atq₃ sacerdos
 Cum gressum ad superos ex morte receperit atra,
 Et vitam haud moriturus agat: simul ordo requirit,
 Vt pia sponsa, artus, subiecti, Ecclesia vincat
 Secula viuendo super aethere, funeris exors.
 Ni quoq₃ summa dies vita renouauerit annos,
 Omnis nostra fides cadit irrita: Numinis imò
 Pondus habent nullum consulta; & victima frustra
 Est oblata Deo; meritumq₃ rependit inane
 Natus homo, passusq₃ necem, tumultoq₃ superstes
 Christus; & incassum Vates sacra dogmata condunt.
 Salue ter domitor cunctorum inuicte malorum:
 Totam diem hunc caeli gens laudis honore frequentat,
 Proq₃ bonis celebrat nobiscum carmine grates.

PASCHA VETVS, ET NOVVM.

CRande Creator opus, memorandaq₃, dona peregit:
 Dum gens Iacobidum potuit transmittere cursum
 Per mare purpureum, cui iuncus nomina fecit,
 Imperijq₃ vias inuicte inuadere ferro,
 Ad populos Chanae subigendos: dumq₃ coactus,
 Post varias clades, sub aquis haurire Pharaon

Suppli-

Supplicium, vomuit vitam, crepit antiq̃, arma
 Et currus, & equi prætexere littora visi;
 Cùm mare, quod cretos disclusum Israël circum
 In faciem steterat montis; rediisset ab alaco
 In sese, & Pharijs hyemem glomerasset in alto.
 Ex illo est celebratus honos: quartamq̃, minores
 A decima noctem festo instruxere paratu,
 Labe carentis, ovis, cùm sol reserauerat annum
 Vere sub auricomis: septemq̃, ex ordine lucas
 Per sacra duxerunt dulci conuivia libo.
 Sic animis etenim repetebant, vltor vt omnes
 Primigenas vna leto sub nocte dedisset,
 Thariadis saluis, quibus agnus sanguine postes
 Imbuerat typicus; veluti mala tristitia sanguis
 A nobis prohibere tuus debebat, Iesu:
 Vtq̃, iter insuetum reuoluti euadere ponti
 Nihil gena incassum tentasset, curribus instans;
 Ceu mitti exitio Christi hostes deinde decebat.
 At verò, quamuis ritum non amplius istum
 Lex epulando coli iubeat; tamen illa reposcit,
 Ne pius obliuio dimittat pectore morem,
 Qui præclara gerit simulacra salutis ab Agno
 Allate, & statuit palmæ monumenta futura.
 Pascha Dei est agnus nostrum, quo fecit in Ara
 Pro nobis bonitas diuina: typusq̃, resultat.
 Agnus erat purus, verabus versatus ad ignem,
 Integer: & dapibus sese accingebat Hebraus
 Hospitis in morem, via quem vocat vsq̃, paratum;

Fer-

Fermento, sed non herbis parcebat amaris;
 Sanguine tingeat postes, arcente furorem;
 Reliquias flammis mittebat. criminis expers
 Noster ita est Agnus; nec succo elixus adempto,
 Aut crudus; grauidus sed succo, & tostus amore,
 Sufficiensq; bonis, neq; ficta mente colendus:
 Osse simul saluus dape nec proiectus inerte;
 Sed totus flagrante fide reuerenter habendus.
 Isq; cruore soli biparentis limina tinxit.
 Dum verò has epulas celebramus, scimus, egenos
 Nos esse hinc patriæ; sedes nam fata quietas
 In cœlo ostendunt: & crux perfundit amaro
 Labra scyphi gustu, quem prouida dextera miscet
 Numinis, vt vires carpenti alimenta voluptas
 Arrigat: ac vitæ sine, doctrineq; veneno
 Puræ indulgemus pietati, & vana perose.
 Quid loquar, vt veteris miracula, donaq; cœnæ
 Mon modo non certent monumentis huius honore;
 Sed cedant etiam, vitæ etas ista caducæ
 Perpetuo cedit quantum æuo, terraq; cœlo?
 Stirps hominum vastas per aquas iter vna secabat,
 Vni exemit a malo, benefactaq; talia secum
 Mente retractabat, verbisq; ad Paschatis escas:
 Nostrium at Pascha bonum populos digessit in omnes,
 Omnibus ereptos damnis; præconiâq; edens,
 Tota dies festos tellus agit. adde, quod arcto
 Nili ex mancipio tum libertate receptos
 In Chanae imperium promissa potentia misit

Abra-

Abramidas : Christus nunc cæli in scepra reponit
 Omne genus, scelerum quod Cocytig₃, necisq₃
 Seruitio exiuit, nec non dux antè regebat
 Per freta rubra viam Moses, oracula sequutus,
 Et fretus virtute Dei : nunc Filius armis
 Cominus ipse Patris decernit ; eog₃ per hostes
 Expedijt gressum stirps, diuum in honore locanda.
 Singula quid referam ? vincit, dum vincitur, idem :
 Vincitur at, dum se credit vicisse, Pharaon.
 Sed quæ nos ratio docet aptè Paschatu fungi ?
 Terna boum in flammis, pecudum ter dena celebris
 Millia Iofias iugulat, solenne daturus
 Israëligenis epulum : coniecit eandem
 Stirps procerum sumtus in cœnam, istius at vsus
 Hic erit impensæ nullus, nam spēs, fideq₃,
 Si nescis, vitulos labiorum adolebis in Ara,
 Quæ reditus placat nostros super astra cruore ;
 Mensq₃ Dei in laudes cultu sapienter abibit,
 Verbi vt norma docet ; vicijq₃, incumbere parces.

CHRISTI REDIUIVI IN TERRIS COMMORATIO.

Postquam res Erebi nece Christo euertere visum,
 Membraq₃, corripuit Victor rediuiua sepulcro ;
 Haud is continuo retulit super æthera gressum,
 Sed spolijs decies insignijt ecce quaternos

Post

Post sua fata dies, vbi conscia terra trophaeis
 Clarauit scelerum domitorem, & mortis, & Orcis
 Bellipotens heros fuso vt victricibus armis
 Hoste, dies aliquot instructo tendit in aruis
 Marte, vocans pugnam, si quam gens victa retenter.
 Delimitq₃ duplex simul illum cura: ministros,
 Spemq₃ metumq₃ inter dubios redisse docebat
 In vitam dominum, confessus corpus, & ossa:
 Tum mandauit ijs sacrati insignia regni,
 Formabatq₃ rudes dictis, monitisq₃ tenebat.
 Hinc etiam, clausis foribus, sol pronus in equor
 Tertius, haud fallax promissis, attamen eger
 Ob gemitus, dubiasq₃ moras, cum lucis bonore
 In tecta, inq₃ gregem sociorum reddit Iesum.
 Ius hic vtrumq₃ tenet, Deus vt sit, homoq₃ sit: ergo
 Ante viam prebet, natura, imperuia membris;
 Quam non pollicitis maneat, soluatq₃ timorem
 Ille suis, fideiq₃ animas inspiret, & ignes,
 Quassatq₃ Notos calamo defendere curet.
 Præterea vero peragit de corpore signa
 Ex manibus, plantis, & pectore vulnera passo,
 Ne famam nostræ foueamus laudis inanem:
 Patris enim nostra dextram cum stirpe petiuit;
 Nec vis in nihilum redigit vim corporis alta:
 Quid? quodd ad aduentum Christi non cardine vulsa
 Ianua procumbit, vectesue, & abenea claustra
 Impulsu rumpunt aditum: nam, quando capessit
 Regna Deus Verbo terris, moderamina versat

Vecti-

Vectibus, ac portis saluis, stridentibus ære
 (Robora sceptrorum, sociag₃, intellige vitæ)
 Atque gerit regnum sine vi, sine militis yfuz
 Circundatq₃ sibi mucro, quas condidit, arces
 Palladis armisonæ, Lucinag₃; altera sanctos
 Vt tegat, ornet, alat, diuersas altera gentes
 Secla propagando longum diffundat in æuum.
 Hæc igitur regni socijs cum signa dedisset,
 Iussit eos sacris, curag₃ interprete fungi,
 Quà lati patet orbis iter: pacemq₃ precatus,
 Flamme prosequitur diuino dexter ituros,
 Datq₃ potestatem soluendi, datq₃ ligandi,
 Non secus ac soluat Deus, & liget: huius vt ira
 Assumat vires, si quis sibi displicet errans;
 Culpag₃ sit si audi, si quis sibi prauus in ausis
 Indulget veniam, mentemq₃ reflectere nescit.
 Quisquis es, in melius memor orsa scelestæ referto,
 Nec seram in noctem commissa piacula differ,
 Dum regit in terris clauum nunc Vocis habenis
 Filius, & claudit Verbo cælum, atque recludit.
 Ponet enim imperium, quo frena docendo regebat;
 Idq₃ Patri tradet, cui ciues sistet ad vnum.
 Tunc nisi ciuis eris; quia nominis huius egentem
 Abstulit atra dies, te nulla piacula resoluent.
 Christe, necis domitor, thesaurorumq₃ repertor,
 Soluo tibi ad grates, vt par est, carmine linguam:
 Elatum è tumulo quòd pura in luce refulsit
 Turbato inter socios caput, hiq₃ petiturum

Vulneribus quinis contrectauere videndo
 Corpus: opisq; tuæ dono contemnere ventos
 Iactati calami didicere: extinctaq; penè
 Vesta laborantis fidei, pressaq; procellis,
 Scintillas agere, & lumen submittere, cœpit:
 Nec Thomam à tactu prohibes, aut parcis amori.
 Edo simul grates, quod terris aurea condis
 Secla, & regna tenens Verbo das iura per orbem:
 Nec sanctæ in numerum nos turbæ affcribere temnis,
 Quam cœli portis humus ista immittit apertis
 Voce tua, pœnis & culpæ lege solutam.
 Munus id est summum: Nec paruo stare profecto,
 Nouimus: Effundis vitam, euadisq; sepulcro.

C H R I S T V S P A - S T O R.

VT Pater Eloquij Nato mandauit honorem;
 Sic Natus socijs curam transmisit eandem.
 Hac ergo vt liceat bene fungi, in munere quisq;
 Ad Ducis exemplum talem se tractet oportet,
 Qualem poscit opus, molimine ponderis ingens.
 Ac mihi inde boni iucunda abludit imago
 Pastoris: cuius sibi nomen fecit Iesus.
 Nec temere id factum: promissi quippe Sequestris
 Abramo vt genitis obliuia nulla ventrent,
 Numen ei triplici de munere nomina sinxit,
 Quo stirps Abi amidum caput inter condidit astra

Præ

Præ reliquis. Adytis summis diuina sacerdos
 Dilla reportabat, scitatum oracula missus :
 Rex simul auspicio cælesti frena gerebat,
 Fundabatq; sacra pietate, & legibus vrbes :
 Denique gens cultus impendere norat habendis
 Diues opum, armentis vberima pascua seruans.
 Inde sacerdotis, regis, pastoris Hebræos
 Mestras titulo quoq; fungitur inter alumnos.
 Primusq; vpilio rata cælum in vota vocabat
 (Nang; typo Christum pastorem reddidit ille)
 Atque fauor flammis adolebat Numinis aram,
 Quam tener intactis ab ouilibus imbuit agnus.
 Dauidesq; gregis quem cura tenebat in aruis,
 Thariadum, eductus caulis, accepit habenas.
 Noster is ergo bonus sub sole magister amico
 Lanigeras pecudes primum in lætissima mittit
 Pascua : quæ gregibus faciles & gramine densas,
 Purior electro cursuq; exercita, valles
 Vnda petit riuu scatebris, potumq; ministrat ;
 Et qua solstitium pecori defenditur vmbri
 Fortunatorum nemorum, nec vipera iuxta
 Insidam latebris terram fouet, improba tactu.
 Pascua sunt Verbum, sunt Flaminiis an; pla beati
 Mnumera ; sol, incunda salus, Vocisq; vigores
 Pabula, noticius Genitoris, Proliis, & Aura,
 Vnde salus, vitæq; aterna regula pendet ;
 Riuus amœnus aquæ, spes ac solatia ; tegmen
 Arboris vmbrosæ, prohibentes scæua receptus

AEtheris, irati culpis, incendia 3 serpens 3
 Toxicæ doctrinæ, quæ frustra aspergere tentat
 Infernus coluber, rectis succedere gaudens.
 Nec solum hic animas, verum quoque corpora victu
 Afficit ypilio: mensæq; vndantia ponunt
 Pocula 3 perfusumq; caput pinguescit amomo 3
 Resq; solo pictos submittit publica flores.
 Adde, quod exitio gestit prohibere bidentes.
 Atque per excubias insomnem ducere noctem,
 Quando fera insidias explorat ouilia circum:
 Seq; agit ante greges agrestibus asper in armis,
 Per loca senta situ ductos, insidag; dumis:
 Seq; lupum contra raptorem, vsung; leamq;
 Accingit pugnae, & Marti se credit iniquo.
 Ac velut Isaides caput acre leonis, & vrsi
 Occupat in siluis claua, quod vertere prædam
 Tendebant 3 domitumq; in arena extendit vtrumque:
 Sic etiam Christi premit hostes dextera telis,
 Funeraq; his edit 3 vitæ quin prodigus vltro
 Ecce neci opponit sese, funditq; cruorem,
 Orci vt restituat raptos è faucibus agnos.
 Præterea in pecudes curam traducit is omnem:
 Sufficit hinc aliam sobolem generando subinde
 Ex alia 3 reddit stabulis, quas abstulit error 3
 Fleclit iter virga, ne semita fallat inertes 3
 Flumina coniungit sale noxia saepe salubri 3
 Sternit humum subter stipulis, silicumq; manipulis,
 Ne dolor inualidas tentet 3 perfundere querit

Dulci-

Dulcibus immundas fluiijs ; vbi corpora morbi
 Corripuere, manum medicando adhibere laborat ;
 Compescit ferro mala, ne contagia serpant.
 Nam delicta Themis cruce, pœnis, lege coërcet :
 Mitis opem, curam, veniam clementia præstat.
 Ius, Bonitasq̃, inter sese per mutua tradunt
 Has operas, ne quid vicij per leue moretur.
 Denique nouit oues, ac nomina gentis inurit.
 Et quondam vt Rhaabæ rubro Hierichuntina fune
 Discrimen dederat sibi, dependente fenestris,
 Exitio versa sua ne domus vrbe daretur :
 Sic quoq̃, purpureo pastoris sanguine tinctam,
 Ille notam imposuit nobis, sine fine gerendam,
 Ne cum sacrilegis letho voluamur acerbo.
 Hoc Pastoris opus summi, hic labor vnus ; edit
 De quo Busiades oracula, quilibet orsis
 Inde exempla petent, cœlesti tale trabentes
 Nomen ab augurio, puras antistes ad aras
 Pastor erit, Christi q̃, premet vestigia passu.
 Dux quoque pastor erit : nec tantum mollia carper
 Munera lanitij, pressariuè vbera tantum
 Præcipiet; verum simul agnis pabula, fontes,
 Septa, leuamen, opem præbebit, ductus amore ;
 Pro sacris ouibusq̃, petet per vulnera mortem.
 Nec non talis erit genitor ; qui tollere prolem
 Certabit superis, & agro deponere plantas,
 Per quem flumen agit Christi de corpore sanguis.
 Te verò pariter gens ô pia nosse memento

Ex ouium dulci simulacro: ita tuta capesses.
 Pabula valle Dei non carpit amica luto sus,
 Non leo dans fremitum, non vrsus feruidus ira,
 Non lupus immanis, non bos in cornua surgens,
 Non equus insultans: sed ovis, sub imagine signat
 Naturam illa tuam, fortunam, & deniq; munus.
 Frigidus obstat oui sanguis præcordia circum
 Ne sibi declinet nocitura; & inertia fallit
 Pascentem regione via; diuortiaq; inter
 Deuia montis iter, nemorisue reuoluere nescit.
 Haud quoque cura subit, legat ut vestigia retro:
 Sed magis, atque magis siluas errore fatigat,
 Donec agit prædam lûpus, ore, leouæ cruento.
 Non secus in sacris animum stupor vrget inertem,
 Atque errore vago trahimur, perq; auia cæcum
 Præcipit amicus iter, quâ mille pericla ruentes
 Stant circum, inuigilant dum prædæ Acherusia monstra.
 Quid? quod ovis, securâ mali, committere vitam
 Tristibus audet agris, cælum intractabile quando
 Tempestate ruit, nimbis, & grandine facta;
 Vnde fera in siluas se proripit, inq; latebras
 Conijcit; vnde pecus stabulis simul omne tenetur.
 Et nisi rursus eam septris succedere custos
 Vrgeat, autè ciet balatum oppressa supremum,
 Quim memor auxiliij sese in loca tuta receper.
 Haud aliter furij's caput ipsi exponimus atris,
 Et medium inijcimus nos turbæ hostilis in agmen:

Et in solliciti pastoris cura laborem
 Impendat, miseros Orco demiserit antè
 Horrida tempestas, quàm nos fuga sede recondat.
 Denique mitis ouem natura haud instruit armis,
 Cetera cum sidant pedibus, vel Marte, vel astu,
 Vel mole egregia, viresq; animalia promant.
 Sic etiam a nobis prohibere nequimus inermes
 Vim Satanae, & mundi: cuncta exedisse nefandis
 Nos certant odijs, & pœnam traxe per omnem.
 Vt verò, pecudum multa inter millia, vocem
 Matris, & assueti custodis percipit agnus
 Auribus, ora sono signans discordia noto:
 Sic labor est nobis capiendus, vt vnus aures
 Arrigere ad vocem Christi sine fraude queamus
 Credamusq; via nos, quam regit ille docendo;
 Fallaciq; sono cum mercenarius ora
 Mentitur domini, fuga mox vestigia vertat.
 Restat, vt haud dubiam trahat ignorantia mentem;
 Si fortasse roges, quot pastor ouilia condat.
 Quippe sacris adhibet fauor omnes Numinis æquus
 Nec vel Abramæi vel nati gentibus vllò
 In reliquum Christo discrimine tempus aguntur.
 Vnus erat pastor gemini gregis: vnus in vnum
 Pastor vtrumq; gregem iam compulit. huius ouile
 Nos tandem portis emittet ad astra beatos.

CHRISTVS PV-
SILLVM SE OC,
cultans.

Mira cano: conscribit enim Deus agmina Verbo,
 Aetheris in partem noxis adbibenda remisit;
 Quae tamen in crebros absument lumina fletus,
 Externata malis, & iussa exoluere poenas,
 Ut nil terra pijs ferat arummosius vsquam.
 Tristis in aduersum fors quem rapit, anne putandum,
 Esse Deo charum? quin poenam expendit iniquus.
 Sicne ais? aeterni pius est (mibi crede) solutus
 Lege mali, venia concessa: at vita procellis
 Iactatur; quia caussa subest: nec pectora tangit
 Cura bonis eadem prauisq; futuraq; Christus
 Edocet, ac solando leuat, ne mente cadamus.
 Ergo eris aduersis rerum immerfabilis vndis,
 Christi adum in numerum qui nomen cumq; dedisti:
 Cumq; futura nihil te fallant, fortia disces
 Pectora venturis opponere, tanget acerba
 Te fors exilij, paupertatisq; labores:
 Aspera iactabit dictis malus: hoste, tumultus
 Flagrabunt, animam meditante absumere letho
 Insontem: tua damna gemes, aliena quereris,
 Publica lugebis: fletum angulus omnis habebit.
 Ista tulisse parum sed erit, persepe dolores
 Acrius intus edent tacitum, quod vota proteruis

Irrita

Irrita discerpi ventis, & nulla putabis
 Lumina sacratis Christum defigere regnis;
 Quodq; auersa Deus tenuisse videbitur ora,
 Et curam posuisse tui, vel crimina propter,
 Perpetuum in iustos dare tempus velle furoras,
 Tanquam præportet frons aspera pectoris iras.
 Hinc miser Isaias toties iacit ore querelas,
 Esse putans Iouam pœnarum in imagine totum,
 Et iaculis, arcu sinuato, incessere fontem.
 At non sollicitat cura ista, dolorue profanos:
 Non etenim lacrimis illi effunduntur ob ausus
 Criminis, irarumq; faces, quas concipit æther;
 Sed tantum ore solent in fletum ducere voces,
 Quod non vota, sibi quæ formant corde, perennis
 Euentus sequitur; quod iter vestigia fallit
 Lubrica; quod cupidos non semper riuus inaurat
 Fortuna. requies vt enim, cum lumina pressit,
 Somnia ferre solet, veras imitando figuras
 Mentita: excitos sed imago, quiesq; relinquunt,
 Et sopor arrexcit vana spe nocte iacentes:
 Sic præceps subito scelerati gaudia turbo
 Falsa rapit, longos sibi quæ promisit in annos
 Spe captus dubia; quæq; obtulit antè serenum
 Sors vultum, fugiens se nubi immiscet opacæ.
 Sic iram haud metuens Esau, sed ferre repulsam
 Impatiens, guttis humectat grandibus ora:
 Nec veniam exposcit precibus, sed poscit honores
 Fraude sibi creptos reddi. sic Saulus, in armis

Cui non sat rationis erat, dum Numen habenas
 Haud premit irarum, magis optat frena tenere
 Imperij, iratum prece quam superare Tonantem.
 Quæ crucis ergo pijs caussa: scelus, Orcus, & astra.
 Nang₃ sumus, quanti sumus, eheu crimen, ob ortum
 Stirpis, ob insultus in corde cupidinis, acta
 Ob vitæ, monitis contraria mentis, & æqui.
 Sustentatq₃ bonos alienis fama trophæis
 Iusticiæ, in cuius nomen dedit ire Sequester:
 Et fons labis alit vicium, dum fontem alit aura.
 Inde ad supplicium crebro nos Marte reposcit
 Iudicium, vt semet quisq₃ agnoscendo pererret;
 Debita iusticiæ mûlta vt pendatur; vt error
 Atque nefas odijs animos accendere possint.
 Tum Satanas odijs sanctos, ac turbine versat,
 Attollitq₃ truces iras, acuitq₃ pauores,
 Et luctus varios coaceruat, & ocia rumpit.
 Deniq₃ consilijs ita digerit aspera Numen
 Christigenum in cœtus, exerta potentia latè
 Vt celebrem terris det famam: vt lampada tollat
 Cura precum, & fidei, pietas, tolerantia: robur
 Contrabat vt virtus spectata: vt inertia nullam
 Induat in fraudem securos: vtq₃ figura
 Conueniente tibi dein respondere queamus,
 Christe. vt enim via te per tot discrimina duxit
 Ad cœlum, nec amor Genitoris signa peregit,
 Dum cruce pendebas districtus, quanta volebas:
 Sic etiam portu per mille pericla subimus

Aetheris, & mentem, vultumq³, aduertere raro
 Supplicibus votis, discriminibusq³, videris.
 At licet absumat vires terræq³, poli³
 In nos pœna ruens, Erebusq³, in Tartara cœlum
 Soluere, tellurem³, effundere certet in æquor:
 Non tamen occidimus, sed nos solatia mulcent.
 Propitium fatis animum en intendit Iesus,
 Que nos excipiunt; oculisq³, haud parcit amicis:
 Quin fusas numero lacrimas comprehendit, & vitre.
 Quid? quod eum nobis breue temporis interuallum
 Ex oculis aufert: exoptatosq³, laborat
 Reddere conspectus breue temporis interuallum,
 Quod, vice mutata, pro mœstis leta reponit.
 Fœmina, cui grauitas vterum matura tetendit,
 Tristibus ad partum lacrimis vocat Ilthyiam,
 Corripiatq³, moras labor optat, vota³, mœrens
 Suspicit: at potitur cum salua puerpera voto,
 Pignora leticia pertentant reddita matrem,
 Et dolor in volucres dispergitur anxius Austros.
 Non aliter fortuna fidem mutata nouabit.
 Anni mille Deo lucis sunt vnus instar:
 Et numerum poterunt nullum obinuisse caduca
 Tempora, multa licet condantur secula luctu:
 Si spectare voles ad inexuperabilis æuum
 Leticia, & vite clarum immortalis honorem.
 Nec mala pondus habent vllum pia, quando rependit
 Fata mali æterni contraria: rarâq³, densis,
 Facis opus Marti componis, amoribus iras.

Sunt

Sunt iam parua bonis mala, sed bona longa supersunt:
 Sunt iam parua malis bona, sed mala longa supersunt.
 Cumq; optata pijs perfundet corda voluptas;
 Nulla fidem letæ vis sollicitare valebit
 Fortune: & spoliū sortis nihil huius habebit:
 Nilq; interueniet iucundis triste. repressis,
 Gaudia tristitiam compescent, hostibus, omnem.

O F F E N S I O T R I P L E X.

LEge sine astrorum ventis vbi lintea tendit
 Nauta, mali incautus; dat aquis latus, acta procel-
 lliso in scopulum rostro caua pinus acutum. (lis,
 Sic etiam Verbi sine sidere quando sub Austris,
 Sacra vehente Dei, conscendens puppe profundum;
 Murice discussa rate, quam mare vortice torfit,
 Sollicitabis aquas frustra gemituq; manuq;
 Christus enim est rupes; ad quam, nisi flectere circum
 Prouidus annueris cursum, tibi funera mittet
 Naufragijs ternis offensus. pauper, & exul,
 Inq; crucem noster rex actus, imagine vilis,
 Pectora versabit tua, spretum exosa, dolore:
 Nilq; aspectus iners animos dulcedine tanget.
 Demde ignota sophis, delataq; dogmata cælo
 Mens coniectura capere, & pede nesciet aequè
 Metiri, partes assensu implere recusans,

Regu-

Regula dum solitis nusquam regionibus exit.
 Tum fors dura (bonis quam perfidus objicit orbis,
 Dissimulante Deo) te non traducet amicæ
 Inter opes vitæ, nec in ocia tuta recedes.
 At felix, vultum cui nulla offensio torquet,
 Christus ait : monitisq; suos per singula duxit,
 Flamine frena mouens, solante, & praua domante.
 Ter cacum ô hominem, ter inertem, angore ter haustum
 Nubila ni Christus dispellat, operta recludat,
 Curas emoueat. vincit, dum vincitur, ille :
 Dumq; decus nullum gerit, est is honore decorus.
 Flecte huc nunc acies : ad patrem vadit Iesus :
 Quippe vices operum sic disponebat acerbis
 Consilij ex fato Soboli Pater s; vnaq; lapsæ
 Consuluit summæ via rerum. speretis honorem,
 Pauper opes, exul patriam, vitæq; peremptus,
 Sceptraq; conciliat pulsus, victusq; trophæa,
 Et pacem inuisus, cassusq; salute salutem.
 Spiritus imò sacer quoq; menti illabitur agræ s;
 Quem nobis, dum lux eget adiutore suprema,
 Confirmatorem, defensoremq; paremus.
 Is bona parta fide nobis transmittit habenda,
 Aq; mali obtutu nos semouet, atque reducit :
 Donaq; dat, facie diuim erudiendo refecta.
 Commodat ille reis vocem sine fine patronam
 Iudicis ante thronum, dum Lex, Erebusq; Nefasq;
 Ore minas tollunt, litemq; intendere certant:
 Confugiumq; aperit puppi, in te, Christe, fidele.

Idem,

Idem, quando neces intentat mille tyrannus,
 Auxilij, & curæ se munus ad omne leuanda
 Constante præstat, nosq; Ara credere vitam
 Admonet, hostilis quò se non porrigit ira.
 Sic, in quo posuit rex vitam, è stipite metam,
 Signaq; constituit, remis, ventisq; petenda,
 Cœlicollum genitor; velisq; per astra ministrat,
 Quæ notat ars, nobis Verbo edita. Percipe porro,
 Qui sit honos Verbi, quæ vis, quæ norma docendi.
 Non Latonigenæ tripodes, cortinaue sortes
 Dicta sacra posuit genti: non carmina mandat
 Palmarum folijs insana Sibylla sub antro:
 Non oracula dedit sub cornibus arietis Ammon?
 Non Helicon fatum Permesside fudit ab vnda.
 Ex adytis, gremioq; Dei responsa per auras
 Filius ipse tulit; qui solus nouit, & edit,
 Quale sit, & quod sit sese intra Numen, & extra,
 Quidq; velit. dictis mentem adiecisse quid ergo
 Hisce negem? est etiam Verbum rota, concita magno
 Numine; qua latè se fertq; refertq; per orbem
 Aura poli, spirans Nati, ac Genitoris ab ore,
 Et missu veniens vtriusq; hic Flatus easdem
 Per populos leges describit, iuraq; condit,
 Quæ Christus posuit; nec eodem indigna profatur.
 Ore reos per agit cunctos quoq; iussa sequutus,
 Noxæ; ope quòd Christi refugit fiducia stare.
 Iusticiæ; Christi quòd es haud sine funere iustus:
 Iudicij; in sanctos malè sorte quòd vna mouetur.

Hic

Hic at iners Ratio dat murmura : nang³ recensens
 Vim, eadem, insidias, Veneres, probra, furta, tumultus,
 Impietatis opus, temerari haud amplius vlllo
 Crimine iura putat. numero quoq³ deinde pererrans
 Iusticia leges eadem (sen pectore temet
 Concutias, vicys infensus ; criminis experts
 Siue colas vitam, consortes inter, honeste)
 Nescit Iusticiae legem, quam figit Iesus:
 Deniq³ nos tumido premit ore, atrog³ lapillos
 Iudicio seuam dimittere querit in vrnam,
 Haud audita prius ferimus dum dicta sub aures :
 Datq³ Erebus fremitum, tanto dum pondere pendit
 Coelestis doctrina nefas, quod denegat omnes
 Congerere in meritum spes Nati, quodq³ superba
 Iusticia propria laude expetit astra ferire.
 Sed, vinclis, opus est, Rationem & carcere frenes :
 Vera, & iussa sacer fert Spiritus, omnia lance
 Si scelera hinc, illinc incredulitatis erinny
 Suspensas ; trutina plus hac in parte resultans
 Examen surget, plus parte sedebit ab illa,
 Vera cruore Fides tibi diluet omne, profuso
 In cruce, peccatum, quamuis inoleuerit atra
 Mille modis labes : at si te, iudice coram,
 Destituet neglecta fides, tibi pondere lethum
 Verget ob extremo cumulatum crimine crimen.
 Præterea non te virtus tua texit Abrame,
 Vindictis ad puteal : cur ergo ponet in ausis
 Spem sibi iusticia longo minor intervallo ?

Iustus is est, iusti quem signat nomine Iustus :
 Hic, quia pro nobis agitur reus, ante tribunal
 Nobis iusticiæ laus reddita cedit ademptæ.
 Ac licet impediant foliorum tegmine nudum
 Primigenæ semur ; illa tamen, sub Lege, sub ira
 Mox diuisa, volant rapidis ludibria ventis.
 Quid? quod iudicium vocat in nos mundus iniquum,
 Immeritosq; noci demittit, vera professos.
 Et quia sepe boni fato exercentur acerbo,
 Inscius ille, malos florere, bonosq; iacere,
 Autumat insensis animis seuire Tonantem.
 Sed malus in ventos effundet (crede) laborem,
 Quem capit in sanctis damnandis, inq; necandis.
 Victus enim est princeps mundi : poenasq; daturum
 Perpetuæ flammæ, noctisq; rigentibus umbris
 Transcripsit puncto sententia Vindicis æquo.
 De cruce quid memorem? paucis age cuncta teneto :
 Irritam enim opum, virtutis, honoris, & vsus
 Dicere si cupies, Crucis vno nomine dices.

P R E C E S.

Heu quam difficile est, animo non prodere crimen,
 Lapsa quod inseuit natura, in pectora torpent,
 Ab nimium torpent fractæ ad cœlestia vires:
 Scire meum nihil esse, meum nil velle, recordor :
 Confiti mens tenebris est, & suffusa stupore :

Cor

Cor vicij rumpit fontem, fibrasq; reuinxit
 Marmoris, & chalybis vena: tum, frigore adurens,
 Pectora versat hiems Aquilone, adoperta pruinis.
 Præcipue verò densam in glaciemq; niuemq;
 Duratus mihi sanguis hebet præcordia circum,
 Et segnes frigent vires, vbi fidere telis
 Debeo Christigenum, crebrisq; sub astra supinas
 Tendere cum precibus palmas, & vota dicare.
 Ergone sic languens cessabo in vota precesq;
 Assidue dandas? cessabo? haud antè debiscent
 Supreme ora domus. quocirca, vt sacra frequentem
 Perpetuo votis, precibusq; ardentè oportet
 Multiplices causas orandi mente retractem.
 Principio par est, veneranda vt Numinis ara
 Imponatur honos, nec sit tibi gloria parui
 Illius. at cultus adhibebis supplice summos
 Voce, fideq; Deo, nec honorem gratior vnquam
 Ipsi operando ferēs, quam si, ceu dulcis ad astra
 Erigitur fumus glomeratus thuris odore,
 Sic des ferta præcum fragrantia; nubila flammis
 Quæ penetrent, fideiq; gerant monumenta probatæ.
 Quisq; negat votis operari, ac debita largo
 Dona Patri laudum persoluere; talis eodem
 Ducitur in numero, quæ sancta oracula ridens
 Contemptor superum; quo rex, de funere sortes
 Accaronei poscens per te impla Priapi.
 Deinde salus vitæ ciuili's, itemq; sacratæ,
 Quam vult esse sitam Deus in præce, concurit ecce

Pectore frena mihi, stimulisq; cor arrigit intus,
 Ne me segnities, facturum vota, moretur.
 Nam vis sola precum contra hostes arma ministrat;
 Atq; columnarum moles attollit abenas
 Cælo, & marmoreas, in quas, tot Erinnyas inter,
 Sacrorum, Themidisq; domus concussa recumbat.
 Ac ni suscipiat priuata, & publica sanctus
 Vota, magis dederint labem obruta cuncta ruinis.
 In turmas aciens sic fortuna tus Eoas
 Numides rapit, & victor dat funera ferro,
 Ductor vbi populi cum voce ad sidera tollit
 Brachia: sed, Moses dum brachia lassa remittit,
 Abramea phalanx in tergum pulsa recedit.
 Et sanè, vt precibus vigilemus, temporis ætas
 Vltima deposcit, quam felle madere dolemus;
 Et sine more quidem: namq; omnia Tartarus arma
 Aduocat, inq; chaos confundere cuncta laborat,
 Supplicij propius succedere fata tremiscens;
 Seq; etiam in facinus magis, ac magis omne parauit
 Gens hominum, & superis grauiores aggerat iras,
 Seuius in pœnas vt eant, nec fulmina ponant.
 Præterea hinc sancto de Flamine pignus habemus,
 Hospite munifico cordis; certòq; docemur,
 Nos prolem esse Dei: quia Votum, & Gratia nomen
 Spiritui sacro Ioëlis ab ore dederunt.
 Viribus hinc etiam procedimus vsq; receptis,
 Noticia, virtute, fide, donisq;: seramq;
 Non tantum excutimus Verbi penetrabilibus vsu

Mente

Mente reuoluendi doctrinam ab origine totam,
 Sed fauor aetherius pariter stipat bona corde.
 Nec non spes, precibus fidens, leuat, & fouet egros,
 Exuperatq; metum molemq;, morasq; ferendo.
 Tum nil monstra fuga Stygis equè exterrita vertit,
 Dum tentant aditus: nihil equo adiungit amore
 Custodes superos, quam verba precantia testis
 Tobiales erit, & septem orba puella maritis.
 Attulit aduentum, pulso hoste, Raphaëlis vna
 Hec ratio ambobus, vincisq;, coërcuit Orcum.
 Adde, quodd orandi cultus discrimina ponit
 Prantis, atq; bonis; & circum hos membra, seuus
 Arietat hostis vbi, furijs pratendit, at illos
 Exitio exponit. cretig;, Israëlè quondam
 Vt conuertebant in Nilum funeris omen,
 A sese, & Pharijs iussi discernere cladem
 Sanguine maclatae pecudis, tingente penates:
 Sic etiam, effusi precibus, quasi sanguine postes
 Christe tuo insicimus, prohibentes tela rotantem
 Lesbifera accessu discreto, ac tuta tenentes.
 Postremò facilem pia tangunt vota Parentem,
 Nec Zephyris data verba cadunt: cur pendimus ergo
 Parui ea, qua pendit magni ille? accommodat aurem
 Ioua, suoq;, prius libro suspiria mandat,
 Quam sunt rupta tibi corde, & suspensa labellis.
 Mitem in nos animum Patris gerit: eq;, duobus
 Spe sibi certa fides vnum praesumere debet
 Perpetuò: vel enim dabit ille, quod anxius optas,

Vel dabit vtilius. bona si diuina rogabis,
 Quis opus est cunctis, quæq; in nos digerit æquè,
 (Ceu petit vsus) amans; crede, exoptata tenebis,
 Vt promissa ferunt. bona sin terrena rogabis,
 Quis opus est paucis, quæq; in nos digerit aptè;
 Vt promissa ferunt, crede, vtiora tenebis.
 Hæc tria sunt: nam vel capies, quæcunq; petebas,
 Aut quoq; plura: malum vel erit tibi mollius inde,
 Quod fuit asperius: vel pectore viua sub imo
 Te pertentabunt solatia. vera fatemur.
 At verò, precibus neglectis, crimina quantum
 Committis; tantum, precibus non ritè profusis.
 Quare age, quæ precibus lex sit data, discere cures.
 Primum non statuas diuum, commentaq; fædè
 Numina, non regem mundi venerabere votis,
 Non genios cæli: prece sed modò Numen adibis
 Vnum in personis (Patre, Nato, Auraq;) triforme;
 Quod sese patrio nobis impendit amore.
 Concipiesq; oculis animi Iordanidas vndas;
 Quæ Sator ex alto vocem dat; in amne Propago
 Dextræ, irroranti laticem, succedere visa;
 Instar auis, latum quæ condidit omen oliua,
 Decrescente freto, supra amnem Spiritus alis
 Pendet. an illorum, temet dein concute, dignum
 Obtineas numerum, quos curæ habet, atq; vocantes
 Surda haud aure Parens auertitur. impia adorti,
 Propositumq; mali, s'preto monitore, prementes
 Irrita vota cient, ipsosq; precesq; repellit

Ira Dei : at supplex orando flectit eundem,
 Indulgens lacrimis de crimine, seq̄ perosus
 Ob mala, consumensq̄ operam pietatis in ausis.
 Ergo te pigeat sceleris, ne vana preceris.
 Tum decet, vt memori mandatum mente requiras,
 Quod iubet his sacris nos fungi : Et, crimina propter,
 Sis licet indignus, teneas vt ad æthera vultum ;
 Mandatum haud tamen est indignū, vt propter id ores.
 Prætera oblito dimittere corde cauebis
 Tot promissa Dei, per quæ sua numina iure
 Iurando obstrinxit tibi promptus, opemq̄ daturus.
 Indubitata fides in Christi nomine tandem
 Concipiet fundata preces ardentem, & omnes
 Deponet placidi Genitoris in aure querelas :
 Qui, Nati ob meritum, Nati ob placantis honorem,
 Dat, quicquid petimus iuste ; nec mente reponit
 Dicta sacerdotis nostri modò, sed quoq̄ nostra.
 Haud verò instabili vanorum sorte bonorum
 Audebunt stabilem metiri orata salutem ;
 Sed contentus eris paruo, studioq̄ traheris
 Cœlestis potiùs thesauri : hic dona recondit,
 Perfecta vnde foues æterna gaudia vitæ.
 Hinc modus orandi quinâm foret, ipse docebas.
 Christe : Pater noster, rex cœli immense, colatur
 Laus tua : prodatur regnum : orbis, vt astra, faceffat
 Iussa : cibus hodie nos affice : nostra remitte
 Debita : nos prohibe tentamentisq̄, malisq̄ ;
 Noster enim rex es ; potes omnia ; laude fereris.

Restat, vt effugias crimen, si quando morandi,
 In precibus, caussa nectuntur. sepe videmur
 Munere non digni: digni hic in morte Sequestris
 Spem, meritisq, loces. afflicti ad vota patere
 Sepe negamus opem, nisi sit sanctissimus vnus:
 Hic mandata memor corde. & promissa volutes,
 Quae data sunt cunctis: subeatq, hic mente Manasses,
 Carceris auditus sub fossa, in stipite latro.
 Sepe moram auxilij superare manendo recusat
 Sensus, & addubitat, promissis pondus an insit,
 Hic velis, remisq, fides incumbere certet,
 Dilata opperiens, aqua contraria fronte
 Componens, sensuq, probans aliena sagaci.
 Sepe fidem languor tentat: vim crebra ministrent
 Orata hic fidei, defixaq, lumina Verbo.
 Sic ratis intrabit felicibus ostia ventis.

CHRISTVS IN COE- LVM ASCENDENS.

Infera post caelum penetrat, post infera caelum
 Christus: agitq, pijs cum Patribus ecce triumphum,
 Quis anima in corpus, post mersa ter astra, reuertit
 Cum Victore suo, nebulaq, adopertus is aufert
 Ex oculis sese cum corpore, nubibus actum
 Vt possint acie comites seruare sequente:
 Certi ita, sede poli membra indubitata locari,
 Regna tenere ducem nec in orbe, sed ethere nostrum.
 Ac iam Christus homo diuino fulget honore,

Maie-

Maieſtate pari, dextram ad Patris, omnia ſupra
 Summa caput tollens, & regno in cuncta potitus:
 Eſtq;, vbi vult, & vbi ſeſe affore Voce recepit:
 Omnia cui cedunt, hominem haud licet exuat vnquam.
 Inde ſui terris conſpectum reddet, ab vrna
 Iudicij effuſa ſententia quando feretur
 Vltima de viuis pariter, deq;, æthere caſſis.
 Deſexus ſtupidis obtutibus ergo quid heres,
 Mœſta polo attollens diſceſſu Vindicis ora
 Cum ſocijs? non hîc raptus flagrantibus altum
 Theſbites iter egit equis: quem, brachia tendens,
 Iure ſequebatur deſertus Eliſa querelis.
 Non hîc fata dolor Iofia incluſit in armis:
 Qui caſus meritis concuſſit luctibus vrbes.
 Inſpirate tuba, date plauſum, impellite chordas,
 Ore ciete modos, animos ad ſidera dulci
 (Rupe Sionea ſacra vocem hanc Aura volutat)
 Tollite læticia, celebrate ob munera grates.
 Ecce catenata ſignum extulit Vltor ab aſtris
 Mortis, & inferni, qui nos in vincla petebat:
 Atq;, triumphator veſtigia ſaiua recepit
 Hoſtibus è medijs ad aperti limina cœli.
 Hoſtia pro noxis cecidit: mors, cuius acumen
 Noxa erat, hac baſtam deleta criſpat inermem:
 Hinc icſtu in medio, domita nece, fracta tyrannum
 Deſeruere Stygis ſua tela. iacentibus ergo
 His tribus, inferni fruſtratur morſus hiatum.
 Ecce, polo euectum, Caput artus euehit illuc:

Euaditq; vias Homo cæli, euadat easdem
 Vt genus humanum: dominusq; it tecta paratum
 Seruis: inq; manum dat Patri in nomen euntes
 Hæredum Soboles, ac fratrum signat honore.
 Ecce supra ascensu cælos rex emicat omnes,
 Regis vt hic illic, sint omnia Numine plena,
 Et præsens radijs virtus didatur in orbem,
 Propitiãmq; pijs fortunam in secula præstet.
 Ecce precatoris partes agit, æthera tranans,
 Fœderis antistes, quod sanguine sancit in Ara
 Ille crucis, flectens meritis, precibusq; Tonantem.
 Vtq; in nominibus monumenta, bis in cæta torno
 Artifici gemmis, humero, & thorace gerebat,
 Stirpis Abramæ dum causam orabat Aaron
 Ante Deum, in sancto sanctorum: ita nostra Sequester
 Nomina non humeris tantum, sed fronte, sed imo
 Sustinet ante Patrem sub corde, inscripta cruore,
 Numinis exorans pacem, ne fulmina mittat.
 Ecce redux Victor Genitoris, honoribus equus,
 Composuit folio sese, hinc vt dona ministret,
 Virtutum, & fidei, præceptorumq; capaces
 Inspirans animos, ac famam Voce potenter
 Imperij extendens, multis sub signa vocatis.
 Ecce polum, excedens terris, superauit eundo
 Christigenum ductor, pia vultu, animoq; beatas
 Gens vt concipiat sedes: terrenaq; linquens
 Munera, thesauros cælesti congerat auro:
 Quorum haud exitijs Marte imminet hostis aperto,

Et

Et quos haud manibus nox improba diripit vncis ;
 Quos etiam nec edax imber, nec flamma, nec Eurus,
 Nec fuga seclorum vel inexuperabilis vnquam
 Diruat annorum series, operumq; vetustas.
 Ergo agite o iterum, tantarum in munere laudum,
 Inspirate tuba, date plausum, impellite chordas
 Ore ciete modos, animos ad sidera dulci
 (Rupe Sionea sacra vocem hanc Aura volutat)
 Tollite leticia, celebrate ob munera grates.

CRUX, ET CONSO- LATIO ECCLESIAE.

CRedo: nec id satis est. loquor vna: hinc iactor mi-
 Quis valeat nostros lacrimis equare dolores? (quis.
 Cuncta quis exitij numero percurrere possit
 Nomina? vi Satanae furor in nos arietat ardens,
 Datq; in nos cuneum, semperq; assistit in armis:
 Vtraq; cui sociam sese addit ab orbe Potestas,
 Qua Deus affecit Tutelam legis, & ara.
 Fidenti meritis Christi vnus impius vsq;
 Clamore incumbit, dirisq; immanibus actum
 Papa sacro explodit caetu, Moderamine abusus:
 Qui fulmen iacit, & crudeliter insonat ore.
 Tum stirps seu a ducum poenas cum sanguine poscit,
 Inq; py excidium ferrum vsq; acuisse laborat,
 Christi adumq; domos odio exedisse nefando:
 Et nox, atq; dies tormento, & caede fatigant
 Flammas, stagna, rotas, gladios, fasciesq;, crucesq;.

Et tumulos. istumq; furit gens dira furorem,
 Quod Patris, & Nati capit ignorantia mentem:
 Vnde quoq; (infandum) sancti vescantur vt aura
 AEtheris, esse nefas, putat, ac se munera ferre
 Grata Deo, vita spoliat quicumq; sacros.
 Quicquid in orbe simul damnosi est, quicquid acerbi,
 Vna Christicolam pendere ab origine credit.
 At non, dum tonitru ciet omnia Tibris, & omnis
 Spectat vbiq; dies confusa stragis aceruos,
 Aspera sors, & amica salus miscentur in vnum.
 Quanta mali facies aperit se, pectora tanto,
 Vel quoq; maiori, turbata leuamine mulcet
 Numen, & auxilium castris effundit apertis.
 Haud dolor afflictos modo tangit: is ecce redundat
 In Iouam, a miseris faciem non dimouet vsquam;
 Imò heret lateri: summisq; adiungere curat
 Se rebus socium, nec in ista pericula solos
 Projicit: in casus cum fidis fidus it omnes.
 Tum confirmator nostri, veriq; magister
 Mite patrocinium, mittentis munere Christi,
 Suscipit, ac vires animis accendit, hic addit
 Pignora, non in nos animum Genitoris ab ira
 Feruere: propitio nos semper in illius esse
 Numine: nos soli bene dextram inscribere parta
 Christe salute tibi, seruatoremq; fateri,
 Auxiliumq; orbis, nobis quoq; soluere nouit
 Corde metum exitij, letiq; docetq; sub horam
 Funeris inuictas ingulandos pectore vires

Conci-

Concipere, & pulsus in mortem vadere curis,
 Et mentem ad cælum spe tollere: perq; pericla
 Est animæ custos, & honores inde corona
 Vitæ immortalis nobis constantibus infert.
 Cadibus in sanctos ita turba quid impia ferues?
 Non homines ferro sed diuos appetis vnâ,
 Et poscis superos in prælia, parce: sub vmbriis
 Perpetuæ noctis quantos Acherontis ad annem
 Campus aget gemitus, diuo te funere mergens?
 Quæ tumet hæc rabies, hora est breuis: huius at atas
 Quæ capiet pœnas, breuis haud erit, assumus autem,
 Quæ nos fata ferunt, ô Ioua: leuamine mactæ,
 Mactæ fauore pio, nosq; ad maiora referua.

**PENTECOSTE VETE-
 RIS, AC NOVI TESTAMENTI.**

Propter opus geminum, de nomine Legis, & Auræ.
 Numinis, instituit sacris, & laude colendum
 Gens tua, Christe, diem: magnoq; id iure reponit
 Donorum in numero, quod nosmet possumus inde
 Festa inferre Deo sacratum lucis honorem,
 Quem tantum Abramidis olim celebrare licebat:
 Pre reliquis etiam decus vnde redibat ad illos
 Gentibus. Vt verò nouus agnus honoribus anteit
 Pascha vetus, sicut polus orbi, aterna caducis,
 Mentis corporibus præstant: ita gloria certat
 Antiquæ, hæc renouat a die, fama q; bonisq;.

Inq;

Inq̄, vicem numero sibi respondere Creator
 Tempus, vtrumq̄, noui decoris, veterisq̄, iubebat ;
 Muneris ad duplicis discrimina ritè notanda
 Vt pia gens animos adiungeret, vtq̄, voluptas
 Ob noua dona magis corda insinuaret in ima.
 Principio quando ritum huius Ioua diei
 Condidit, extulerat sol quinquagesimus ortum:
 Ex quo, functa sacrìs primæ inter gaudia Cœnæ,
 Incolumem Nili gressum reuocâr at ab oris
 Gens Isaci, & siccis tulerat vestigia plantis
 Disclusi per iter maris, à ceruice repulso
 Seruitij, plagæq̄, iugo, cum rubra receptas
 In Pharios vires effunderet Amphitrite.
 At Deus hanc lucem fame vt mandare nouatæ
 Cœpit ; iter decimum bis, terq̄, tenebat ab vndis
 Sol optatus equis ex illo, quando reuifit
 Christi ad dâm populos libertas, atq̄, recepit
 Victo ex hoste pedem necis, Orci, criminis vltor
 Maximus, & superas è tumba euasit ad auras.
 Inde diem festis per inhospita cultibus egit
 Abramea cohors ; quâ vertice Sina minatur
 In cælum, scopulis, vmbriq̄, & vepribus horrens :
 Quem super alta tonat porta etheris, obsita flammis,
 Terroresq̄, acuit mugitu buccina rauco.
 Sed lucem comites Christi duxère celebrem
 Mœnia per Solymæa ; Sion vbi, numine clarus,
 Tempa polo attullit tectis, operosa labore,
 Præsentisq̄, nouo decore Immanuelis adaucta :

Vnde

Vnde caput fontis vitæ, ac dulcedinis exit,
 Laticiq; orbem diffundit nectare totum.
 Tum festum antistes sacris celebrare ferendis
 Iussus, honore pari non fulget vtrinq; minister
 Legis erat Moses, referendæ plebis ad aures:
 Et dux ille quidem, quo non præstantior alter.
 Ille, vocante Deo, populi moderamina gessit,
 Delecti numero terræ omni: frenaq; ducens
 Thariadum, incolumis regno stetit: idq; vigebat
 Consilijs: ferriq; acies tot stabat in hostes
 Stricta piè inuictò mucrone. Pharaonis oram
 Prodigijs virgæ diuinæ insignijt ille:
 Strauit iter baculo & prece per freta: cautibus altam
 Excussit laticis venam: potuitq; precando
 Plurima. colloquio Iouæ, aspectuq; benigni
 Ille fruebatur sub monte, rubiq; sub igne:
 Quo decore indulfit nulli Sator. ille reliquit
 Fati arcana, genus Vatum vnde canalibus omne
 Deduxit scatebras, è fonte oracula fundens.
 Hæc præclara quidem. sed si componere rentes
 Amramiden Christo, datus ad noua qui fuit orsa
 Arbitr in sacris: nihil est, quod ad æthera laude
 Ductorem Isaciadum tollas. dux noster ab ipsa
 Mente genus ducit regis, suprema tenentis:
 Et Deus est, & homo persona verus in vna,
 Et ditione tenet cælum, terrasq; fretunq;
 Non euo Patri, vel maiestate secundus:
 Prosequiturq; pios votis, donisq; paternæ

In folio dextra sine meta, & sine locatus.
 Stirps etiam veterem coluit tantummodo morem
 Vna, vni subiecta plagæ, memorata retractans
 Mente data legis: verum nunc sacra canendo
 Cætus vtrog, diem mundi sub cardine seruat;
 Quem misit memores fama diuinus in annos
 Spiritus in flammis se cælo, ac turbine mittens.
 Præterea imposuit, modus hæc solennia dispar
 Israëligenis nobisq, . cacumina nube,
 Fulminibus grauida, Sina, atq, tonante ruinis,
 Et rumpente tubæ vastis stridoribus auras,
 Altrè adopertus, agit turmas terrore pauentes,
 Præcipitante fuga: & penitus quatit ossa timore;
 Vt voto exposcant alium, cui gratia fundi
 Mollior, & capiant typico sibi more Sequestrem.
 Impatiensq, Dei delapsi, altoq, tremiscens
 Murmure, ceu ruptis incendia lata caminis
 Voluit, & igne globos attollens sidera lambit;
 Et gemitu scopulos glomerat sub inania vulsos;
 Subtextitq, diem, fumo inuoluitq, tenebris,
 Signa iræ peragens. misso spiramine, contra
 Visus ab aurora sonitu transcurrere molli
 Turbo domum, affulgens face, tectæ Sionia iuxta:
 Præstatq, vt populus concursibus agmina feruens
 Agglomeret, stupidusq, arrectis auribus astet,
 Dum procerum Christi dissectus lumen ab ore
 Fundit apex, linguis verba in diuersa solutis:
 Dumq, sacer Flatus cunctis mouet ora loquelis;

Vt notet, in cunctos caelestia dona valere.
 Adde, pari (maiora cano) quod pondere libram
 Haud vtring, premunt data munera. volue, reuolue
 Legem: & quam sapiens, iustusq; sit Auctor, habebis
 Vocemq; accipies, qua Numinis intonat ira,
 Quaq; metu Themidis violata crimen acerbat,
 Et quae iura dedit per regna Hebraea, per aras.
 Ast, vbi muneribus Flatus effunditur aether,
 Pectoribus semet Deus ipsum numine (maius
 Ecquid erit?) tribuit placido, meritig; potente.
 Quippe sacro est Zephyro maiestas, estq; potestas
 AEqua Patri, & Nato: mentig; illapsus vtrog;
 Mittente, is tumulum congesta in pectus arena
 Dissipat immisis radiorum viribus, ardens
 Luce cor in viuum renocare exangue calorem,
 Se noua subyciant sensim vt radicibus actis
 Germina iusticiae, tumulumq; cacumine rumpant.
 Dat simul, attollat sacri vt noua gloria regni
 Rebus se letis, & luctus vt excidat omnis;
 Dum vox dat sonitum, placati nuncia caeli.
 Quid loquar? vt sternat Legis mortalia fulmen
 Corda metu, ac Themidis dextra libratus ab aure
 Pectora discutiat repetito adamantinus ictu
 Malleus: vtq; hominis veteris penetr alia telo
 Ira Creatoris quatiat, fastigia ponens
 AEqua solo, & flamma dans omnia vasta fragore.
 Non rerum facies ea nostro in munere surgit:
 Flatus enim, veri non dissimulatur amoris,

Corde

Corde metum blando, luctumq̄, leuamine soluit;
 Et succis lacerata fouet, lenitq̄, dolorem,
 Vulneribusq̄, adhibet medicamina grata leuandis:
 Destructaq̄, domus Adæ fundamina rursum
 Ponit, & educit sublimibus atria tectis
 Marmore de niueo, tua quod petra mittit, Iesu:
 Exustisq̄, animis dulcem irrorare liquorem
 Gaudet, & ambrosiæ liquidum diffundit odorem.
 Nimirum hoc id erat, sub Orebi culmine quando
 Præter agebat iter Thesbitæ Conditor antrum,
 Signa ferens operis, quod amat, propriumq̄, recenset.
 Immittebat equos, incumbebatq̄, procellis,
 Danis stragem arboribus, secumq̄, per æra verrens
 Dissectas specubus moles, auulsaq̄, ruptis
 Saxa iugis, ventus: sed erat sine Numine ventus.
 Mox tremor inuasit campos, per humumq̄, cucurrit
 Cum fremitu motus: sed erat sine Numine motus.
 Corripuit Dryades acies Vulcania deinde,
 Et facibus visæ piceaq̄, inuoluere nocte
 Omne nemus flammæ: sed erant sine Numine flammæ.
 Tandem igitur gelidis de vallibus exijt aura,
 Cumq̄, aura saltum blandus, Vatemq̄, refecit
 Sibilus, ac voces: nec erant sine Numine voces.
 Torquet enim cursum Verbi Sator axe per orbem,
 Sidereis quærens regnis accire colonos:
 Quis opus est, inuis luctum sub vt osibus antè
 Incendat commissa lues, & suscitet iris
 Aspera Lex pœnas, quam corda, doloribus vsta,
Mulceat

Mulceat irriguo cæli indulgentia Flatu.
 Nec verò dat ei tantummodò Gratia nomen,
 Iusticia vt testis sit nobis, sitq; sigillum
 Pacis, & eternæ vitæ inuiolabile pignus:
 Sed quoque se votis moderator, & arbiter affert,
 Spiritui iunctus nostro; precibusq; figurat
 Os balbum, trepidumq;, & verba rogantia voce
 Concipit, & gemitus petit, & suspiria fundit;
 Et dat, ne tempus perdamus inane precando.
 Cumq;, rigor Legis, mens conscia, crimen, & Orcus
 Nos rapiunt in ius ad iudicis ora tremendi:
 Heret patronus lateri, indefessus agendo;
 Vt simul effudit numerandos versa lapillos
 Vrna, color sese mox induat ater in album
 Omnibus, ac placido sententia numine facta
 Candida nos, culpæ faciens obliuia, soluat.
 Denique Thariadum sacra, donaq;, sine tenentur:
 At noua metiri bona circumscriptio nescit
 Temporis, & vincunt mundi hæc durando ruina.
 Tu verò alme magis Deus, oro, magisq;, sacro
 Flamme cotidie cælestes arrige vires
 Muneris: excipiam quem largè animoq;, domoq;
 Effice, nec pellam, postquam succedere nostris
 Annuit hospitij. ac si cor forsitan atra
 (Multi in procliu lapsus) sub nocte natare
 Cœperit: ò habeant sacro peccata regressum
 Admonitu; inuitumq;, retro passum ferat hospes,
 Nec sinat in peius ruere irrenocabilis ausis

M

Omnia;

Omnia: purgato vicijs, indulgeat ille
 Hospitio; & custos animæ pia cœpta secundet;
 Inq, sinum expirem det Abræ sub funere vitam.
 Iudicium nobis etiam citò sisse supremum,
 Aut saltem in pœnas imitiu's. orbita metam
 Ecce tot annorum tetigit, quot condidit etas,
 Festa antiqua colens. celebrati à tempore Sinae
 Secla rotis Titan bis quinque expleuerat, octo
 Lustra, duos annos, vbi misso surgere vidit
 Flamme regna Sion noua, tumq, nouauit honorem:
 Perq, tot ex illo iam secula, lustraq, & annos
 Tempora sol duxit: quare expectamus ouantes
 Vltima signa dièi. sed te mora quando tenebit,
 Prospiciat nobis meliori Phœbus ab ortu,
 Quàm genti Isacidùm: quos, propter crimina, magni
 Quadraginta orbes acti traxerunt per omne
 Supplicium, ac dira cæde instruxerunt macellum,
 Donec in exitium penitus confedit Hebræus.

DEVS VNVS,
 ET TRINVS.

S Altu in quadrijugos Buside ad Chebarin axes
 Emico, per nubes moliri certus habenas
 Supra solis iter, diuorum limina supra:
 Quæ (sanctus, sanctus, sanctus Ioua, terq, quaterq,
 Ingeminando) poli cantum per tecta volutant
 Ignigenæ

Ignigena Seraphum turme, Cherubiq³, Parentem
 Lustrantes chorea, pennisq³, micantibus acti.
 Qui verò esse Deum negat, hunc res trina refutet,
 Si Verbi monitis sese prabere recusat:
 Totius orbis honos, cui non deest auctor, & altor:
 Conscia mens sceleris, quam cura, metusq³ remordent,
 Nemo licet factum nòrit, pœnasue reposcat:
 Imperij lucus, quem non radicibus imis
 Sœua expellit byems, quamuis diuersa procellis
 Prælia concurrant, latè erumpentibus Orco.
 Hoc igitur misso, qui sit Deus, edere præstat.
 Est Pater, est Soboles, quis gignere congruit intra,
 Et nasci: est pariter procedens Flatus vtring³:
 Ac, ceu numen habet gignens, ita Natus, & Auræ
 Communiq³, pium tribus ara adolemus honorem.
 Tres tamen esse Deos si fortè putaueris, erras:
 Est vnus, fuit vnus, erit Deus vnus in æuum,
 Personisq³, triplex simul idem, ac numine simplex.
 Si capere hoc animo tua coniectura requireret,
 Et nouisse modum: studium frustrabitur ardor.
 Cumq³, voles leuibus te pennis credere in altum,
 Inq³, vias superùm: tibi præcipitata, soluto
 Remigio, stagnis ora excipientur Auernis.
 Numen idem tribus: inde Deum ter dicimus vnum:
 Natura est eadem tribus vnq³: propria verò
 Munera cuiq³: nihil consussum hic, inq³, volutum.
 Temporis, atq³, loci non est, sed originis ordo:
 Spiritus aqualis Soboli, Sobolesq³, Parenti:

Maiestas confors tribus, imperijq̄, potestas:
 Et tres sunt vnum: nil mixtum hic, seq̄, paratum.
 Signa tamen, certasq̄, notas oracula dederunt:
 Cum Patre, cum Nato quis Flatum nosse queamus
 Per sua perq̄, operum discrimina: singula nanḡ,
 Per Verbum, & Flamen, que vult Pater, ecce patefcunt.
 Hinc vnum in sese pariter, trinunq̄, seorsum
 Gens prece sancta Deum ciet vsque, ac tollit honore:
 Quod Genitor condat, Proles beer, Aura serenet.
 Salue, bis geniti, regis Pater, atque sequestris:
 Verum, vnumq̄, bonum: regni pars prima supremi:
 Sanctæ fons Triados: naturæ ipsius origo:
 Lucis inaccessæ iubar: euo obnoxie nunquam:
 Mens bona, mens sapiens, mens iusta, & corporis exors:
 Rex vtriusq̄, domus Phæbi, terræq̄, marisq̄.
 Nomina ter volui prius in tua ducere versum,
 Atque tibi meritis numeros intendere neruis:
 Excidit at digitis ter prætentata remissis
 Barbitus, & fugit decurrere Musa laborem,
 Maiestate tua perterrita, lucis & igne.
 AEternus sine præteriti, sine fine futuri,
 Principium sine principio, finis sine fine,
 Fons rerum sine fonte dato, sine lumine lumen,
 Causaq̄, causarum, solusq̄, es in omnibus omnia.
 Quid non sis, potius, quam quid sis, promere possum:
 Nilq̄, potest vera penitus te reddere forma.
 In te sis qualis, temet sis quantus in ipso,
 Cernere fas nulli: speculi vice nanḡ, vel vnde

Sole lacepsitæ, tua facta, amplig, triforme
 Fungitur orbis opus, diuinag, dicta profundis
 Abdita sepe notis : tantum tua terga videmus,
 Rupe latebrosa vestigia figere iussi.
 Quod cupis, id potes omne ; tua est potuisse voluntas :
 Quæ loqueris sunt ; opus, & vox editur vna.
 Vt dixi, vt subito sese induit ecce, creatum
 Ex nihilo, in triplicem mundi chaos ordine formam :
 Cepit terra seras, aqua pisces, aura volucres,
 Nec, quod es acturus, prius est versare necesse
 Mente tibi : Quæ sunt mortalibus inde futura,
 Sunt iam facta tibi : visu omnia certus obibas
 Euentura, foret cum nondum temporis ordo.
 Idem semper eras, seclis eris omnibus idem,
 Serag, te canis ætas non occupat annis,
 Non tibi præcipites fugiens quatit hora iugales :
 Est tibi tempus idem, quod erit, fuit, estq, : nec antè.
 Vel post quid geritur : præsens tibi semper it æuum.
 Nosti cuncta : vides cuncta : intima pectoris acer
 Luminibus penetras, quoties persoluere laudem
 Carminibus tendo, gemitumq, ad sidera rumpo
 Anxius : antè tuam mea vox en personat aurem.
 Instituo ad cantus quam pectora, verbaq, formo.
 Omnibus ipse locis præsens ades ; omnia complex :
 Cuncta creas, & alis : iam, ni tua cura resistat,
 Latipatens tellus, & traxerit æthra ruinam,
 Quicquid habes in te ditissimus, illud es ipse ;
 In te nec penitus te quicquam est præter eundem.

Haud bonus, & sapiens tantum, iustusq₃, sed ipsa
 Es bonitas, nec non sapientia, visq₃ potentis
 Iusticie: nihil es concreti, aptiue secari.
 Quicquid inest nobis recti, a te, fluminis instar,
 Fonte caput tollit: sine te bona nulla patramus.
 Digna tuas quamuis ad laudes flectere verba
 Nemo queat: prona tamen has bonus accipis aure.
 Tu vigor es rerum, tu forma, ordoq₃, decorq₃:
 Tu cunctis communis honos: tu consona vasti
 Musa poli, & series genitalia corpora nectens.
 Teq₃ iubente, vices annus, mensesq₃, diesq₃,
 Voluunt, & posita spacijs equalibus horæ.
 Iuraq₃, sepe tuis, natura fixa, refugis;
 Et cumulus inopes donis, miserisq₃ salute:
 Atque soles factis orbem insignire tremendis.
 Bis genite, hic etiam, ter, & amplius optime, salve,
 O Deus, ô & Homo, fate Numine, nate puella,
 Christe, tuæ genitor matris, natæq₃ propago,
 Et proles sine matre, & proles absq₃ satore:
 Qui, quod eras, es, erisq₃, & es vsq₃, quod esse volebas:
 Nec, quod eras, es, erisq₃, tamen quodûe esse petebas:
 Sed simul es, quod eras, & quod non antè fuisti,
 Naturâ geminus (sua quaq₃ tenente) sed vnus
 Persona, ac triplicis pars vno in numine regni
 Altera, spesq₃ rei, & mundi melioris origo.
 Principium de principio, de lumine lumen,
 Eq₃ Deo Deus, atque Dei Deus incrementum,
 Et Patris es Verbum; per quod mare, sidera, tellus

Exti-

Exitit, & patribus quod sati arcana mouebat.
 AEuum ante omne, sua Pater instar imaginis, alta
 Se lustrans, seseq; in semet mente reflectens,
 Te genuit, sobolem sine fine, ortuq; : nec ille
 Te prior est, quamuis fons numinis exeat inde.
 Maestate Patri, natura, numine es equus,
 Personaq; alius, spaciq; , & temporis expers:
 Esq; iubar decoris patrij, sed honoribus ecce
 Gloria diuinis tua sese attollere parcit
 Ad tempus : sensumq; modo fugiente quiescens,
 Maestate sua se Verbum en abdicat vltro,
 Fitq; caro, pœnasq; , subit pro fontibus insons.
 Tu Cor, Voxq; Patrij, summiq; , interpres Olympi,
 Tu venie thronus es : securæ pacis es ara :
 Portus es, imbre licet quo per maris alta solutam
 Conuulsamq; , Notis tutò subducere puppim :
 Pura es iusticiæ vestis, qua sæda teguntur
 Crimina, quaq; Deum velati audemus adire.
 Nomina Mesiæ, Christi, Immanuelis, Iesu
 Iure tenes, opifer, rex, numen hominū, sacerdos.
 Alme, simul saluæ, spirans à Patre, Fauoni,
 A Patre per Natum; de Nati, & Patrij eodem
 Numine Numen idem; temet quoq; , Numen ab ipso :
 Vis superiū, virtus Genitoris, dextera Nati ;
 Flamma poli, vinculum rerum, vitæq; potestas;
 Et lux, quæ radijs de pectore nubila differt ;
 Quiq; in amore sacris fornacibus estuat ardor.
Frigida cuncta foues, regis auia, saucia sanas,

*Sicca rigas, tingis maculata, rigentia flectis,
 Mæsta fugas, releuas vrgentia, discutis atra,
 Perdita restituis, simul indupedita resoluïs.
 Nilq̄ tuo innocuum, nil est sine numine sanctum;
 Nil animis placidum, nil æthæ luce coruscum;
 Nil etiam constans, nil omni parte beatum.
 Nubila quando ruens, iaculat aq̄, fulminis ignes,
 Dat nos Sina fugæ, & pauido quatit ossa timore
 Buccina, quæ sonitu terrores increpat acri:
 Ore tuo mollis iram, nubesq̄, serenas
 Legis, & exustis tua cordibus irrigat Eos
 Rorem: dasq̄, fauens, gratis oblata, capeffat
 Mens vt dona fide Christi, cunctosq̄, beatis
 Sedibus inuitas; fugiens nec deseris vllum,
 Te nisi sponte sui quis deserat immemor, omnes
 Impertis venia, mentem in meliora reflexos.
 Fataq̄, cum fessis includit funeris hora,
 Es custos animæ; fideiq̄, in morte ministras
 Vires, ætheriæ sit vt hæc mors ianua vitæ.
 O Ioua mitis ades: ter es optimus, at que ter idem
 Maximus: ac si te quis habebit, is omnia habebit.
 Terra, poliç, canunt: tibi gloria, lausq̄, decusq̄,
 Omnia responsant: tibi gloria, lausq̄, decusq̄.*

RENASCENTIA.

Qua ratione gradus homo cœli euadere possit,
 Scitaturus, agit se fida obscurus in vmbra,
Congref

Congressumq; petiit Christi Phariseus: at ille
 Accepit trepidum, seq; huic ad vera docendum
 Prompta mente dedit, noctem, ambagesq; resoluens.
 Nulla salus populis, quos non ascieuerit vltro
 Conditor indigenas vrbi, ad pia sacra dicata:
 Ciuis at huic legitur, qui fata maligna nouauit
 Nascendo, quid? (ait Phariseus) homone renasci,
 Perq; suos numeros componi rursus in aluo
 Materna, pueri de more, valebit adultus?
 Isq;, datus partu, noua limina lucis inibit?
 Cui Deus: ex vnda, Flatuq; creeris oportet.
 Spiritus est, gignit quod Spiritus; est caro, gignit
 Quod caro: aũq; onus hanc terra applicat, emicat ardēs
 Ille polo: inq; Deum dat homo, in leue pondera pugnam.
 Terq;, quaterq; licet nascendo recolligat annos
 Vita tua, in florem prima reditura iuuenta;
 Idem eris vsque tamen: Neque enim distabis ab illo,
 Quem vicium prohibet regno aspirare beato.
 Ergo opus est, vt te generando in pristina reddat
 Spiritus atherius: mente, hoc operante, renatus
 Tollit humo sese, Flatu haud linquente laborem,
 Tempa Dei, colubri sub pectore diruta telis,
 Surgendo incipiunt meditari rursus honorem;
 Et Verbum fera corda domat, mentesq; nouando
 Fingit, easq; aptat caelestibus, atque coire
 Te fuit in foedus cum Numine, flumine, tinclum;
 Pignora quod signo constringit amoris aperto.
 Ne mirere animum stupor hic si praepedit: ima

Cum visu haud capias, sensu suprema quid audes
 Vsurpare? dabit rerum en documenta creatrix.
 Ventus vbi concussit equos, cursumq; per auras
 Nunc amat huc dare, nunc illuc stridentibus aures
 Turbo quidem impellit pennis, sed pectoris ipsum
 Non hauris oculis: nescis, qua fera procellam
 Porta emittat humus, quæue in loca pronus eandem
 Impetus inde ferat, speluncis abdat vt atris:
 Nec præceptis etiam Notus audit legis habenas,
 Si quam fortè velis imponere, talis in Aura
 Se species aperit diuina: oculosq; lacepsit
 Leta renatorum virtus; & honoris imago;
 Sacraq; Vox aures allabitur, incita Flatu:
 Sed quibus ille ferat se viribus, ima reformans
 Pectora gignendo, non cernis; etq; valebit
 Nemo inferre moram, cursum aut compescere frenis.
 Certa loquor, mihi nota loquor: nec dignior vnquam
 Sacra poli interpret, mandatorumq; minister
 In medium discenda dabit, tibi nuncius assum
 Ex adyto cæli, gremioq; Parentis operto
 Filius, humana simul in scriptis saluti
 Dextram æterna meam decreta, vnusq; refello
 Morte mea crimen commune, & mitigo Patrem:
 Hinc, te reicias vt in amplexumq; sinumq;
 Proles, & in meritis eiusdem deinde recumbat
 Speq; fideq; animus, postquam te Voce cooptant
 Sacra in populi collegia, fata reposcunt.
 Nam velut Amramides colubri suspendit ab orno

Aeneæ per silvas Arabum simulacra, venenum
 Vt membris agerent aspectu, à dipsade laesis :
 Sic expers vicij monstrum, & sine crimine crimen
 Natus erit, pesti deuotus, & arbore pendens,
 Vt, quicumq; aciem fidei defixerit illic
 Obrutus, nunquam per Auerna draconis ab ictu
 Accipiat crudelem oculis, aut pectore noctem.
 Quippe ita (quantus amor?) mundū Deus ardet in ira,
 Vnigenam ad mortem prodi vt concedat in orbe :
 Vt, qui dona fide capit, ætheris inter alumnos
 Secula viuendo feliciter omnia vincat.
 Non missa est Soboles, caput Orco vt flebile damnet
 Terrigenis, sed vt hos à morte reducat iniqua.
 Credula qui gestat præcordia, dicere causam,
 Iudicis attractus sæua ad subsellia, nunquam
 Cogetur : duci qui credulitate recusat,
 Iam nunc iudicio cecidit, proscriptus ad ignes.
 Exuias ponat noua mens vi Vocis, & Vndæ,
 Atque fidem colat : hac summa est : sic itur ad astra.

D I V E S E P V L O ,

E T L A Z A R V S ,

seu

Imago mundi, & Ecclesie.

Musa suam tecum sancto apta suamq; profano
 Nunc faciem inducet sub imagine ditis, & Iri.

Nate

Nate Dei; lanciq₃, imponam vtriusq₃ salutem.
 Quem verò aspicio te Crasse? beatus haberis
 Vulgò: iudicium sed inertia lumina fallunt.
 Hic apicem posuit fortuna, nitore coruscans;
 Auratisq₃, alis tibi iactat ad æthera plausum.
 Fers cœlo sublime caput, mons qualis ad auras
 Illicis attollit se frondibus antiquâi,
 Vel patula cedri, vel cœniferæ cyparissi.
 Mille ter arua boues pinguisima vomere versant:
 Mole Carystea, Pariag₃, minantur in astra
 Tectorum sumtus: nec plantam effusus in aula
 Indignatur onyx, candens ebur atria vestit;
 Auxiliumq₃, domus, haud forma, patentis achates
 Stat sibi non segnis: foribus testudinis Indæ
 Fixa notas crebris distinguunt terga smaragdîs.
 Plena maris rubri spolijs, Gangisq₃, Tagiq₃,
 Colla geris: Serum compressum pectine vellus
 Soluit acus Nilotis: amant præbere colores
 Selectos tibi, purpureum Tyrus, Africa succis
 Punicum: Ceusq₃, labor disponit in auro
 Meandri lufum: & pedibus Sicyonia rident.
 Cotidie indulges epulis, ante ora paratis
 Regifico luxu: siluag₃, Atlantide sectos
 Imponis niueis elephanti dentibus orbes:
 Perq₃, viam æriam, terram, mare, luxus, inani
 Ambitione furens, prædæ inuigilare laborat.
 Gemma capax laticem fundit Mareotidos vuæ:
 Balsamaq₃, ambrosios & nardus miscet odores:

Atque thoris pictis super, & discumbitur ostrò.
 Centum et ate pares tum limina leta frequentant;
 Vsq̄ue ministerijs intenti; ac solibus vsus
 Indorum comes, & ferro mollita iuuentus
 Iussa colunt, stipantq̄, thoros, citharaḡ, lyraḡ;
 Temperat articulis argutus carmen Iopas,
 Et Tyrrhena choros indicit tibia cantu.
 Vix penetrale capit quoq̄, circum poela frementes,
 Sarmentos, Satyros Ostorum, Curculiones,
 Ergasilos, fungos, ortos Curetas ab imbri,
 Natum ad ridiculos lusus genus, atq̄, cachinnos.
 Extructus folio per corda tumentia fastum
 Inde trahis; ructatq̄, os sesquipedalia verba;
 Et iecore innatis caprificus frondibus exit;
 Et popa aqualiculus propenso sesquipede extat.
 Postquam epulis lassata modum, Bacchoq̄, voluptas
 Imposuit; portis equites, & odora canum vis
 Cum linis, iaculisq̄, ruunt, siluasq̄, fatigant;
 Et campus cursu quatitur; sonipesq̄, morantem
 Stans expectat herum, gemmis, ostròq̄, superbus.
 Hec mundi est igitur pictura, colorq̄, profani;
 Quem fortuna trahit fulgenti, & gloria curru,
 Cuiusq̄, haud per aquas vota Africus irrita portat.
 Nec tamen vsus opum, sed abusus ad impia mittit
 Tartara, contemtusq̄, Dei, neglectaq̄, alendi
 Cura inopis, vitæq̄, obliuio cæca futura.
 Sic quoq̄, nec diuum Crassum hunc reuerentia mouit;
 Nec virtutis honos, in egentem munere large;



Nec desiderium cœli ; nec cura peculi,
 Funera post vitæ. nulliq₃ is ferre colendo
 Sacra Deo nouit, nisi ventri, hæc ore profatus:
 Felix sum ; quis enim dubitet? felixq₃ manebo :
 Quis neget hoc etiam? tutum me copia fecit
 Excessere metum mea iam bona ; gaudia gaude
 Euge cor, vt libuit : sum maior, ero quog₃ maior,
 Quam cui funeribus fors vertat iniqua triumphos.
 Sic ait, incautus tacitæ necis, ergo repente
 Securum sua fata vocant ; ipsiq₃ beatæ
 Sol sine iusticiæ diluxit sole supremus.
 Proscripsitq₃ Dei flammis sententia iustè
 Damnatum, Orcus vbi furit æterno vlulatu.
 Quiq₃ opibus circum diuersis antè sluebat,
 Nunc, fluius guttam labris, rogat, irriget vnâ.
 Sed precibus frustra, quia serò, brachia tendit :
 Surda bibunt lacrimas Lethæe littora arenæ.
 Dum licet, incumbas voto : impia funera leges
 Cùm semel intrârunt Rhadamanthi, deinde perennè
 Stant adamante viæ, nec præda exorat Auernum.
 At quantum ô Crasso distat pius Irus ab isto?
 Et quàm dissimili fert sorte euentus egentem?
 Confectus macie suprema, haud ossa tegente,
 Rore mero, & lacrimis ieiunia tristia pascit.
 Hospitio arcetur : ditisq₃ ad limina fusus,
 Se nuda sternit silici noctesq₃, diesq₃
 Sub Ioue non æquo. tenuem velaminis vsus
 Vix tritæ exuuiæ præstant, spinisq₃ lacernæ

Confert a. adde, solo quòd is hæret, inutilis artus,
 Dum toto illuue descendit corpore pestis,
 Atq; locum in membris noua non habet vlcere plaga.
 O sine me pascat mica, inquit : at irrita poscit.
 Confugium ò aperi fesso, inquit : at irrita poscit.
 Saxa rato ò moueam gemitu, inquit : at irrita poscit.
 Est herus asperior canibus : per Hylactora nang;
 It, perq; Ichnobaten gemitus ; Pterelasq; Napeq;
 Officio certant, mulcentes vulnera linguis.
 Tandem, id vbi fatum super at ; quid demoror annos
 (Inquit) inops penitus lapis, illuueq; peresus ?
 Da finire Pater vitam, vitag; labores.
 Sic ait : ac genius tandem, demissus Olympo,
 Hac cum voce supra caput asstitit : hoc ego leto
 Abrami gremio sero sacrum, & corpore soluo
 Immittendam astris animam, sub sidera lapsus
 Inde fuga in numerum gregis aggregat hancce beati.
 Nec verò in sedem sua cœli ascriptis egenum
 Pauperies, ceu nec ditem sua funere mersit
 Copia : sed Christi Verbo, solamine, donis
 Nixa fides, cui spes comes est, tolerantia, virtus.
 Sorsq; pios eadem tangit : nam sinibus illos
 Extorres, & nil in paupertate solutos
 Contracta, & fractis discentes currere remis,
 Et pressos odijs, & stertibus ora rigantes
 Sol vocat è fatis in fata oriensq; cadensq;
 Sed bene habet : superare fides scit iniqua ferendo :
 Quæ magis in vires assurgit, pondere pressa.

Fortius

Fortius vt vires attollere palma laborat.
 Clarior est, quoties virtus stat viuuda magno,
 Sic aperit portus tandem ætheris ora quietos
 Perpeſſis rabiem pelagi, emerſisq; profundo:
 Et latos vocat ad ſpumantia neſtare pocla,
 Neptunus cyathis quos inuitarat amaris.

COENA MAGNA.

NVminis ô largam bonitatem. Edenia poſtquam
 Euerſe inſidijs colubri conuiuia menſæ
 Turbârunt, & opes rapuerunt ventus, & ignis
 Iuſticiæ, pœnis inſtantis: victus amore
 Inſtaurare diem donis, epulisq; benigna
 Gnati ope curauit Pater, inſtruxitq; paratæ
 Atria regiſtico cœnæ, diſcumbere paſſus
 Ingentem numerum. Chriſti de corpore toſtus
 Panis ibi vitæ ecce penum ſtruit; ortaq; eodem
 Vitis ibi Chijs pocla aurea temperat vuis:
 Quas epulas, & quem laticem non ore, ſed altæ
 Mentæ, fideq; capi fas eſt, didantur in omnes
 Pectoris vt vitæ diuinæ alimenta meatus,
 Inq; animum ſuccus permânet, ſolibus vſtum.
 Viq; cadente die, villarum culmina fumant,
 Latgius in cœna dum ſefe inuitat arator,
 Membra miniſtrij mulcens laſſata diurnis,
 Poſtquam ardente diem ſub ſole exercuit, vrgens:

Falce

Falce opus, aut rastris, ac rura labore fatigans :
 Sic reparat vires animis, & pectora curat
 Cæna Dei, simul ac diuinæ Legiſ, & iræ
 Fulmine percuffi, durisq; laboribus hauſti,
 Extremos gemitus ſub mole, ictuq; ciemus.
 Vltimaq; irriguus conuiuia curat vt Heſper :
 Sic, dape que paſcit ieiunia noſtra perenni,
 Vox ſuprema Dei eſt : nec cæna parabitur vlla
 Amplius, ad mundi fata vltima. terminus hæret.
 Chriſtus item extremo ſoluit hytra temporis orbe.
 Horaq; iam dapibus celebrandis dicta ſubibat :
 Ergo miniſtrorum ſtudio via ſeruet in Vrbe,
 Et vox vna ruit : ſunt cuncta parata, Venite.
 Hocq; obiere p̄ munus Vatesq; Patresq;
 Imo Dei Soboles ipſa, & quibus vſque docendi
 Illa dedit ſummam, ſancti. aſt auferre labores,
 Quis mora venturo ſolet addi, quiſq; recuſat :
 Inq; ſidem ſegnes, multi data uſſa morantur.
 Hic, animam vendens lucro, omnia poſtputat eben
 Vbere præ campi, Cerealiſ mergite culmi,
 Ville delicijs, gazæq; ardore parandæ :
 Et bene cotidie viuendi prorogat horam.
 Importuna boues illum via ducit ad emtos :
 Cui, proprio ſiſam merito, & flagrantibus aris
 Leuigenum, fruſtatur iners perſuaſio mentem.
 Pars etiam ludum facit, auerſata vocantes;
 Que, cute curata nitidum, eſt ſine pectore corpus ;
 Quæq; diem ignauum Venere, illecebrisq; iocisq;

Frangit, & ad citharæ ducit modulamina curam
 Cessatum, ventrig, facit sacra, Numina tempens.
 Ac diuina quidem stirpem Israële creatam
 (Quam numero ex omni sibi gentem adiunxit amore)
 His iussit bonitas epulis accumbere primam.
 Verùm se monitis non prebuit: imò cruenta
 Haud modò demisit morti cœlestia seruos
 Nuncia portantes, sed te quoq, nate Tonante.
 Hinc ira exitio strauit iustissima Hebræos,
 Et muris hostile phalanx impressit aratrum
 Martia: nosq, inter sepem, Abramiq, nepotes
 Textam ignis populauit edax. cursuq, minister
 Per vicos agitur, per compita, perq, reductos
 Valle caua anfractus, iuga per, nemorumq, receptus:
 Et captos oculis, vestigiaq, ægra trahentes,
 Affixosq, thoro morbis, & corpora truncos,
 Nec non penè fame domitos (erit, estq, fuitq,
 Talis, Abrameam quem nondum acscribis in vrbe,
 Chriсте, cruore tuo) domibus succedere adegit
 Hortatu, & celebrare dapes, festumq, fruendo.
 O nos felices, si nos mora nulla tenebit
 Accinctos epulis, hortamine pondus habentes
 Expedietq, fides sumturam munera dextram.
 O infelices, si frustra hortatibus vsi,
 De nobis peragent serui redeundo querelas:
 Et vel opes, & amor nummi, vel opinio fastu
 Iusticiæ propriæ gignens animo caprificum,
 Vel Saducæorum multo emta dolore voluptas

Indulgere moræ nos cogunt, quando vocamur.
 Qui non conuiuam Christi egerit orbis in aula,
 Christus cum haud epulis adhibebit in aetheris aula.

OVIS, ET DRACHMA PERDITA.

Quid turbata fremor currit Pharisæe per ora,
 Et properas odio rumpi, dum Christus edendo
 Mancipis indigni recta, atq; docendo celebrat?
 Non opus est sanis docta arte Machaonis: ergo
 Cur agris Opifer non morbum expellere curet,
 Apponatq; animas lucro, atra sorte redemptas?
 Pastor vbi numerum non respondere recensens
 Commisissis ouibus videt; hunc per saxa, per arua
 Raptat amor pecudis querenda, perq; profunda
 Silicarum; & vocem notis intendit auenis.
 Nec prius absistit, quàm præda, ex hoste recepta,
 Fallat ab ore lupi rabiem. letusq; Menalcam,
 Tityron, ac Daphnin conclamat, gaudia narrans?
 Cæminibusq; suum, Fortune dicit honorem.
 Præterea matris curam cùm drachma sefellit
 Perdita; ter scopis sola peruerrendo laborem
 Illa, quaterq; trahit, nec visu, & lampade parcit,
 Donec fors operi respondeat æqua. serenans
 Gaudia mox vultu, leto clamore propinquas;
 N 2 Vicinasq;

Vicinasq; petit; quas nummo adhibere reperto
 Leticie in partem properat, mœroris easdem
 In partem veluti drachma iactura vocarat.
 Tali nostra salus quoq; cardine vertitur: agnus
 Est homo, nummus homo est, Ecclesia mater, Iesus
 Pastor. hic in mundo (quem cecis perfidus ambit
 Orci prædo plagis, vt captos occupet hastis,
 Tergeminusq; canis duellat viscera morsu)
 Fidus aberrantes oculis, animoq; requirit.
 Nec mora, nec requies: vestigia deuia lustrans,
 Per siluas, per agros iactat per compia voces,
 Nosq; pedem ad sonitum reuocare hortatur ab ausis
 Turpibus, ac tuto vestigia ponere cliuo
 Iusticia, & fidei, magis æthera personat inde
 Gens superum cantu, plausuq; indulget ouante,
 Vnius ob sortem, frustrati mortis biatum;
 Quam magnum ob numerum, crudelibus ante periculis
 Defunctum, exitio cuius non imminet Orcus.
 Ac veluti balans & iners, & inermis, & errans,
 Sic nihil à nobis abludit imagine drachma.
 Signato effigiem ducis ære pecunia præfert:
 Sic quoq; nummus eram, cui formæ induxerat instar
 Auctor ab ore suo; propriumq; id imago dicarat.
 Sed talem heu Stygius detraxit mente figuram
 Deceptis draco; nilq; sumus, nisi perditæ turba.
 At mater pia, nos gremio resouensq; fouensq;
 Præcipiente Deo, loca visu cuncta pererrat,
 Si qua serant oculis sese obuia puluere signa

Pignoris amissi : nec amat dimittere curam
 Querendi. incumbit scopis, quas triste ministrat
 Legis opus : Zephyrusq;, accensa luce sacratus
 Dispellit tenebras, luctum solamine mulcens.
 Auctaq;, gens numero pia, soluit carmine vota.
 Se vero nec quis querit, vel repperit ipsa,
 Nec nummus : sed ouem Melibæus, sedula nummum
 Thestylis. & mundi per deuia lustra vagantem
 Viribus ipse suis homo se vestiget eundo,
 Inueniatue, lupo ne præda sit? optime, quere
 Amissam tu me drachmam, rogo, Chryste : bidentem
 Me refer errantem tu septis. viribus vsus
 Non est humanis sine te, sine Flaminis igne,
 Et sine Voce : salus te præside pendet ab vno.

MISERICORDIA COLEND A.

Qui gradibus scala, condentis in astra cacumen,
 Ascensum tenuit, nouitq;, pctentia pacem,
 Vota Deum tetigisse fides, de vertice deorsum
 Scala is deinde gradus per eosdem ducere sese
 Debet, vt, indicio fidei virtute peracto,
 Se generi humano tribuat facilemq;, bonumq;,
 Res est viua fides, & silua vberissima fructu;
 Non sterilis rubus, aut res mortua. vultq;, Creator,
 Vt vita hic aliquot per lustra colendo superfit,

Quò facias alios fidei monumenta probat e;
 Quis decet officium tribui pietate vicissim,
 Ceu veniam, & bona dando tibi Deus antè patebat.
 Ergo, magistratus cura, titulog³ sacerdos,
 Rexue, paterue pius cum non fungare, quid atro
 Iudicio, diris, vindictæ intendere corda
 Pergis, & in miseris restrictus es vsq³ iuuandis?
 Ne tanto indulge fastu, vt soli tibi plaudas,
 Captus amore tui & fallacis imagine fontis:
 Qui tibi spectata simulacrum reddit ab vnda,
 Corpus vt esse putes, quod nusquã est, vana quod vmbra
 Nilq³ suo quod habet, quodq³ irrita corporis exper^c est,
 Spes est. ò tumido ne præbe alimenta furori,
 Tanta vt te capiant alienæ tædia laudis,
 Obuertiq³ velis, ora ob tua solius, ora
 Cunctorum: & vel in ora virum mendacia fundas,
 Crimina fingendo: vel suspicionibus acta,
 Quæ bona sunt, tanquam mala sint, perstringere certes
 Et rapias ad te, quicquid loquiturue, geritue
 Alter; & ore dari tibi lato in corda fenestram
 Perlustranda petas: vel sis niger, omnia rodas;
 Et captes risus hominum, famamq³ dicacis,
 Ac laudem indigni; dissamatumq³ malignè
 Te vicium inuisi titillet, eumq³ coortis
 Conflagrare sinas odij, inuidiæq³ procellis.
 Præterea tumidum bilis iecur vrere cesset
 Fortè tibi offenso; nec spernant ponere honestum
 Nomen amor, virtusq³ erroribus inter amicos:

Prolis

Proles enim vt labem pater haud fastidit amata,
 Sic labem alterius quoq; fastidire cauebis.
 Fas, operam vt venie danda per mutua tradas :
 Iungit amicitiam, iunctamq; hæc regula seruat.
 Auxilio letos dimittas deniq; prompto,
 Quos sinxit miseros fortuna : tuisq; relaxes
 Fontibus ora, foras vt missa canalibus vsam
 Prebeat vnda simul vicinis, poela ministrans.
 Tolle polo vultus : hic optimus edit in horas,
 Siugulaq; in momenta Sator bonitatis, & iræ
 Compressæ exemplum. si fulmina, quando meremur,
 Mittat : eum nunquam patiemur ponere fulmen
 Per scelus, ac lethi, semoti ad tempus, Erinmys
 Corripiet proprio gradum pede. donaq; Numen
 Si det pro merito ; solem hunc cene (voce quereris)
 Tam nigrum surrexe mihi ? dein volue relictas
 A Christo voces tibi, vitæ, operumq; magistro.
 AEquiparare licet, non exuperare, docentem
 Discenti : petat hic placide virtutis ab illo
 Exemplum. adde, viam quod cæco cæcus eundo
 Direxisse nequit : puteus depressus vtrumq;
 Precipiti sallet lapsu. tum commoda pensa :
 Nam, bene si verbis, & re fecisse, lubebit,
 Fœnore cum largo persoluet dona vicissim
 Dona tibi, cumulans letam, radio sine, sortem.
 Aut si nulla mouent te præmia, flectere penis :
 Quippe tuum recident cuncta in caput, acta superbè ;
 Mensuraq; malum Themis æqua rependet eâdem

Vel quoq₃ maioris fors q₃ acta redibit in orbem.
 Tandem, vbi te nondum nôris, te nosse memento.
Lyncus in vicjs aliorum cernis acutum,
Lippus es in proprijs, ac lumina mantica fallit
Terga premens, purum vas incrustare laboras;
Ignoscisq₃ alijs nihil, at tibi quælibet: eheu
Quam temere hic legem sancis in temet iniquam.
Error cuiq₃ suus datus est: at amicus, vt equum,
Cum vicjs trutina bona compensare parabit,
Pluribus inclinans his se: ratioq₃ decenter
Vtetur modulis, & pondere, reddere cures,
Quam cupis ipse dari, veniam: & ne tubera propter
Frontis aperte tua, cor amici offensio tangat,
Illius ignoscas verruca, aut, verba profundo
Si Zephyris surdis, age, crimine purus ab omni
Vt sis, antè vide, quam nos in crimine raptas.
Prob trabis impegit tibi quantam in lumina molem
Lapsus iners, alijs leuiter cum tentet arista
Incautos oculos, sine vulnere fixa? trahende
Sit tibi festuæ cura altera, primaq₃ tigni.

R E T I A, C H R I S T O
 I V B E N T E L A X A T A.

C Vm socijs Petrum, quibus hami, retia, lembus
 Quæstus erat, & cultu, sine numine Luna secundo
 Genesara in stagnis arti inuigilare videbat,

Et

Et pisci insidijs noctem exercere locandis :
 Spemq; Notus tulerat fallax, idemq; carinam.
 Hinc rate subducta, patriam Bethsaida iuxta,
 Aspectando lacum mœstis duersa fer ebant
 Vocibus inter se, quibus esset census in arte,
 Piscosiq; vadis. Per mundi stagna fouenda
 Hec est conditio vitæ, erummosa profectò.
 Fundimus exhaustos incassum saepe labores :
 Longa dies sudore madet, curasq; fatigat
 Inter opus durum : quæ mens bene prouida versat,
 Consilia euentus frustratur, cœptaq; fallit.
 In promptu causa est : decepti crimen Adami
 Terra luit, spinis obducens tristibus agros :
 Haud etiam ob nostros sauet illa laboribus ausus,
 Rursus vt est diris propter deuota Cainum.
 Corda item motus, contra aspera frena tenaces,
 Precipitant animum, qui loris fortibus vti
 Negligit. innectit quoq; mundus, Auernaq; fraudem,
 Vt fortuna serat nos rete inimica trabentes.
 At tua, Petre, simul Christum ratis accipit alueo,
 Qui tenet eloquijs effusam in litore turbam :
 Teq; iterum accingis prædæ, hoc mandante, marina :
 Vix iam sufficiunt ducentibus obruta vires
 Lina; & squammigeri freta puppibus ecce duabus
 Ingentem generis numerum stipare laborant :
 Ac duce piscatus ponti euenit auspice dextræ.
 Vnde quoq; hanc merito vocem stupor ore profundit :
 Sum scelus, & vicium, sancto sub pondere cymba

Hinc gemit, accipiat multam vt rimosa paludem.
 Quippe cor angustum nimis est, nec nouit honorem,
 Vniq̄, Dei capere, & prestantis muneris vsu.
 Sic nostra ergo viam pelagi simul oria findit,
 Aspirante Deo cæptis; si Christus in illa
 Sedi optare locum gaudet, primamq̄, colendis
 In sacris operam consumis. at inde fideles
 Des Verbi monitis aurem quoq̄, pronus oportet;
 Et, cum fata vocant, laxata foramina lino
 Sol rapidus tendat, vel capter arundine pisces;
 Nec studijs operaq̄, tua sis parcus, & excors.
 Adde, quodd hinc votis opus est, & ponere agendis
 Te decet in proprijs animum, mandatq̄, obire,
 Non adhibere manus alienis rebus ineptas.
 Tandem, vbi fors precibus respondit, solus, & vnus
 Muneris oblati titulum Deus auctor habebit;
 Non tuus aut labor, aut solertia: deinq̄, canendis
 Laudibus auctori vocem memor vsq̄, mouebis.

L E X.

Nemo via Legis se cæli ad limina perfert:
 Lex tamen haud debet Christi inter regna silere;
 Sanxit enim sapiens alios hanc auctor ad vsu.
 Quale sit, & quid amet Numen, docet: instar ab ortu
 In nobis fuerit quantum, erudit: improbus ausis
 Quam sit homo a lapsu, monet: ob scelus ægra, Sequestre
 Vi circumspiciat mens, incitat: apta colendi

Qua

Que virtute Dei sancto sit regula, monstrat.
 Mittitur haud etiam, iussa vt rescindat Iesus
 Diuinae Themidis, sed vt ipsi debita pendat.
 Debita bis duo sunt: primum nec mente, nec actis
 Vlla, exors quia labis erat, mandata sefellit:
 Dein, aliena luens mala, pœna exhausti, & ire
 Omne genus, quando nostrum in caput incita fluctu
 Pœnae, iræq; Themis vires effuderat omnes:
 Præterea præstat, sacra per Spiraminis orsa
 Vt mentem instituat pius ad data iussa colendum:
 Que constet Legi sententia, deniq; pandit.
 Præcipue verò Galileo talia monti
 Doctrinæ monumenta dabas, seruanda per æuum:
 Scq; caput clarum Moses detectus agebat:
 Cum tibi diuino locus omnis, Christe, magistro
 Effusum studio discendi aduertet agmen.
 Porro iusticiæ trahimus quoq; nomen ab ipsa
 Lege: sed à tergo longè id vestigia seruat
 Iusticiæ, cuius nomen lucratur ab vno
 Vastatore Erebi. Christi hæc opus vnius, illa
 Est hominum: hæc credendo locum capit, illa gerendo.
 Inq; duo hinc Legis via se discrimina findit:
 Altera Christigenas, Phariseos altera ducit,
 Qua gentes etiam vestigia cæca tulerunt.
 Ignaros hominum sensus Pharisæia falsis
 Lusit imaginibus virtus: dextramq; retorsit,
 Ne iugulo alterius fulgentem tingeret ensam,
 Ne furto instaret, raptæ ne deniq; haberet

Turpo

Turpe pudicitiae spoliū, peteretq̄, negat &
 Amplexus Veneris, vocem simul ipse repressit,
 Crimina ne iaceret diris, aut falleret audax
 Ore fidem testis: dapibusq̄, accepit egenos.
 Ac cælum hoc ob opus, sibi spe promisit Apella,
 Nil ratus esse super iuris, temerare quod ausit:
 Mens erat interea cum lingua homicida, cor intus
 Mæchum, oculi pariter mæchi, obsita pectora furtis,
 Vita agitata dolis, præcordia saucia dumis.
 Et certè est aliquid, sine crimine degere vitam;
 Et facies laudis sua vitam inscribit honestam.
 Namq̄, manum ut reprimas, præfigasq̄, ora capistris,
 Fasq̄, pium reuvas manifesta abrumpere culpa,
 Iussa dat ipse Deus, penæq̄, ita victus habenas
 Supprimat: accendit quoque sic virtutis amore
 Exemplis animos Astræa; agiturq̄, bipenni
 Per dumeta locus, venienti obstantia Christo.
 At non Christiada satis est, comescere frenis
 Corporas: sed mentem quoq̄, sub iuga, cordaq̄, mittit,
 Et motus animi gyrum rationis in arctum
 Ducit ope aetherea: gemituq̄, & fletibus vrget
 Præcipientes lapsus, & pectora viribus ægra.
 Isq̄, odijs, probris, gestu se nouit iniquo
 Exturbare animas, ferro haud modo: scitq̄, pudorem
 Se violare thori spectando, ignesq̄, trahendo.
 Præterea furum cadere in se nomina sentit,
 Quando sit iniustus, sit auarus, sitq̄, dolosus.
 Tam, iustum ante Dei vultum, se nil, nisi crimen

Et vicium, quantus, quantusq; sit, esse faterur.
 Denique, cum verè credat, spectatur agendo.
 Iusticia hæc vis est, sanctis ex Lege petendæ:
 Cuius si studio deëris, sine pondere nomen
 lactabis fidei, neq; enim sol conditur umbræ.

SEPTEM PANES, ET PISCICVLI.

Arbrium optanti cuiuslibet vrile doni
 Ioua pio faciet; penitus modo sisus ad ipsum
 Adducas animum. verum rarissimus cheu
 Ad ductum, atq; fidem se Numine applicat omnem:
 Quippe timore fugam percussum pectus adornat;
 Nec vultus offerre Deo malè conscius audet,
 Quem putat, vt seuum Rhadamanthū, instare flagello.
 Hæscæ Deum curas quoque sollicitare negamus;
 Spæq; recusamus pendere; precesq; daturæ
 Vox, titubante fide, crebro frustatur hiantes:
 Præcipue quando fortuna indigna, sequutum
 Sacra, pium insequitur; velut hospitijq; cibiq;
 Experies etiam populos lux tertia vidit,
 Per iuga quos dulci Christus sermone replebat.
 Ergo mora ne rem trahat, obside atue pauore
 Sors aditum ad Numen, fidei desuetæ triumphis;
 Ecce Parens in opem nobis conceßt Iesum.

Ille

Ille graues sensus inflexit, iusq; redemit
 Sanguine cœlestis vitæ, nos Patris ad ora,
 Iusticiæ affectos alienæ munere sistens.
 Fata simul profert cui mortalis alendo,
 Pollicitiq; fidem tentanti munera soluit,
 Inq; bonis veri dare pignora curat vtrisq;
 Sic djs Thariades qui thura, ferebat ad aras,
 Bellaq; sollicitans Tharsensis sidera contra,
 Et cruce districtus latro, Isaidesq; cubile
 Vriæ temerans, venie sunt pace potiti.
 Sic humus hospitibus victum Memphitica fudit
 Principibus patrum, leto vberè donec eosdem
 Acciperet reduces Chanaanæ: oriensq; cadensq;
 Sol ope coruorum ieiunia pauit ad annem
 Heliæ; & metuens in egenis fallere victum
 Rebus, inexhaustum Sidonidi tenuis oliuum
 Vrina ministravit: saturataq; millia libis
 Septem saltus inops, & raro pisce quaterna
 Dimisit; dapibusq; ita larga exemit iniquam
 Dextra famem, caperent vix septem vt frustra canistra
 Stant autem caussa, cur det promissa fouendæ
 Conditor huic pariter vitæ, ac velit ista frequente
 Dona prece exquiri. nam primum hinc constat, ab vno
 Preside, quem penes est vasti custodia mundi,
 Non a consilijs, vel casu, operumue labore
 Presidium vitæ, & stabilem pendere salutem.
 Haud fore, deindè patet, sede vt conuellat ab ima
 Hostis Christiadum fundamina: quippe, tuente

Si nostri hospitij steterit res integra Ioua,
 Iura quoque hospitibus saluis dabit aqua Creator.
 Nec non crebra subit mentem bonitatis imago,
 Qua Deus aethero se largum in munere praestat;
 Cum amore trahi nos par est: namq³, benignum
 Si tibi non tribuet sese ether, quomodo votis
 Ante Dei vultus audebis soluere vocem?
 Denique se magnis attollit viribus ardens
 Cura precum, fideiq³ vigor, fatisq³, moraq³.
 Nescia spes duro succumbere tempore, & vsus
 Dignus opum, & memori dicende pectore grates.
 Porro si tibi dij mensas posuere, petitis
 Extractas dapibus; bona dicere verba memento,
 Et bis reliquias cophinis mandare duobus.
 Ac prima auxilium tibi sporta, tuisq³ reponet:
 Altera vectigal tuta ad moderamina pendet:
 Tertia discentes solabitur, atque docentes:
 Quarta effundet opem vicino, effundet egeno.
 Sic erit, vt structos tibi sceneret vsus aceruos.

P S E V D O P R O -
P H E T A E.

EN lupus inferni, mentitus pelle bidentem,
 Coniicit in medium se Christi occultus ouile,
 Et Stygium ad litus praedas auertere querit:
 Hisq³ lupi insidijs se mentis venditat error,

Que

Quæ frenis Verbi parere superba recusat.
 Ergo cauebo mihi? certe. at qua lege cauebo?
 Accipe questum: scitaris digna relatu.
 Discere sit primum cordi, quæ vera fatetur
 Spiritus esse Dei, fideiq; immota locare
 Fundamenta tuæ: dein vestigare memento
 Intentis oculis pendentes arbore fructus,
 Vnde alimenta petes animæ, haud frustrata saporem.
 Ingenij indicium faciet tibi fructibus arbor:
 Pendet enim dumis vindemia nulla fragosiss
 Nec paliurus iners genus, aut sua nomina seruat
 Ficibus: agresti quoq; factu haud silua grauescit,
 Quam cultu molles noua cura vocauit in artes.
 Tres igitur fructus vir, qui docet, vtilis edit.
 Dicta suis perfert, sine fuco, & fraude docendis,
 Certa, & vera, Dei qualis vox vnica: viuæ
 Irrigat exustis solatia cordibus idem:
 Erudit in sanctos vitam, & præcordia mores.
 Non ita se tractat malus: is contraria condit
 Dogmata diuinis, & inania somnia vendit:
 Pectora tormentis grauib; rimatur is ægra,
 Nec certe ad veniæ spem lapsos erigit: a dæ
 lurat is in facinus, contra data iura probandum.
 Atque ita Papa nouas tentat describere leges
 Contra iussa Dei, vario sibi somnia cultu,
 Nescio quæ, fingens: sacibusq; accingitur atris
 Fulminis in cunctos, de Patris amore serenam,
 Vnigenæ ob meritum, spem pascere cordibus ausos:

Et nec pollicitis Christi, Verbig³ sigillis,
 Nec fidei finit esse locum, pacisq³ Sequestri.
 At quid erit sanctus sine Verbo, & pignore Verbi?
 Quid huc erit absq³ fide, dammandorumq³ patrono?
 Hinc etiam curas ob iniqua dolentibus orsa
 Non leuat alloquijs Christi; sed pectore luctum
 Incendit magis, & mærore exasperat ossa:
 Afflictosq³, iubet proprijs exquirere pacem
 Virtutum meritjs, minuant cum nulla dolorem.
 Nam licet irato des nocte, dieq³ Tonanti
 De te supplicium; tua mens tamen arguit vsq³,
 Haud poenæ satis esse datum. sua sacra colentes
 Deniq³ vulgiuago finit indulgere furori
 Idalæ, haud passus, ius tædæ vt iungat amores.
 Quid reliquos memorem, pugnantiâ iussa ferentes?
 O fugite hinc miseri, fugite, & conuellite funem
 A Babylone: selet vicini spargere virus.
 Tuq³, ô tale, Deus, nobis auerito monstrum,
 Monstrum horrendum, auidum, imo actum Orco,
 Hecate, atq³ Erebo ortum.

O E C O N O M V S I N I V -
S T V S , E T A M I C I E X M A M
mone comparati.

Altera regna tenet Christus, tenet altera mundus
 Per terras: cinesq³ bonis impertit vterq³,
 Ille quidem æternis cæli, orbis at ille caducis.

O

Nec

Nec Mammonicolas potis est vis vlla tenere :
 Vita sed omnis ijs acuit curasq̄, metumq̄,
 Ne fors gaza sitim speciosi deserat auri.
 Hic amor, hoc studium : nihil ipsis cætera cura.
 Sollicitant duro noctemq̄, diemq̄, labore ;
 Nec requiem membris animouè indulget auarus
 Ardor opum, aut vacuum dat amor sibi tēpus habendū,
 Perdere se credens operam, hoc sine more locatam.
 Contra torpor iners in mollia (turpe relatu)
 Ocia Christicolæ soluit : glaciēq̄, reuincto
 Ad bona cœlicolūm vires in pectore frigent
 Querenda, & cumulanda : Deiq̄, est gratia parū.
 Se comites etiam vulgo dant sepe profano ;
 Suntq̄, caduca magis, quàm dona perennia, cordi.
 Virtutem ergo piam dictis accendit Iesus :
 Utq̄, stet ante genas pudor, & noxet ora rubore,
 O Economum in faciem mundi ornat imaginis vmbris :
 Qui nil consilio nil fraude relinquit inausum
 Aut intentatum, rebus sit vt vile egenis
 Præsidium, victus, vestitus, quodq̄, receptet
 Se, tectum ; iniustus sibi donis iungit amicos :
 Nominaq̄, inducens, ac mutans, muneris ergo,
 Fraudat heri gazam, cui nummūm, farris, oliū
 Multum in nominibus fuerat : laudiq̄, lucellum
 Prepositum virtutis habens, se vertit in omnia.
 Si verò hunc vanis operæ consumere tantum
 Non piget in studijs ; quantò in cœlestibus ardens
 Plus operæ piæ gens thesauris sumere debet ?

Porro

Porrò diues homo Deus est, humus, aquor & astra
 Sub quo sunt domino: sed nobis vititur ille
 Donorum œconomis cœli, terræq³, marisq³:
 Et iure officij cum lapsus cesserit isto
 Primigena, hinc nobis pars Christi ope reddita cesserit.
 Ac meritò in donis pia cœlo posthabet orbem
 Sedulitas: bona propter enim diuina Creator
 Finxit in effigiem nos diuim, usq³ redemit
 Vitæ morte sua Proles, & spirat amice
 Aura Dei, hæc etiam bona sunt, quæ tempore nulla
 Metiri poterit mihi circumscriptio: summæ
 Quæ cum spe manant cor prosperitatis in inum:
 Quis rem seruo meam, rem toto ex asse beatam:
 Quis opus est hominum generi, discrimine nullo:
 Et, quæ propter, opes hoc nobis sufficit æuum.
 Est opere verò precium quoq³, discere, partas
 Vfus opes quinam commender: traxit abusu
 Nomen enim iniusti Mammon, quem riuus inaurat
 Sortis, quemq³ simul felicem gratia præstat
 Corporis, ac dotes animi: & compluribus, instar
 Spinarum, facili perstringit vulnere mentem.
 Quin per acum citius lapsum expedisse valebit
 Ore rudens tenui: per iter cœleste Nabalem
 Quam patiantur opes tutum transmittere gressum,
 Irritam enim opes variorum triste malorum.
 Tecum erit ergo labor, thesauri vt diuitis vsus
 Iungat amicitias, quis amicus at optimus, atq³
 Maximus? auctor opum, thesaurorumq³ repertor,

Ipse Deus : quod si sentis, nec quadrat aceruum
 Vis tibi diuitijs, aut fulua talenta rotundat
 Turpe dolo crimen : sincerum is prestat amorem.
 Præterea terras idem sub imagine lustrat
 Quadruplici, vestesq; suas accommodat ecce
 Quattuor aptando personis, visus in orbe
 Mortalis specie : quorum, ad data iussa, fauorem
 Si capies donis, tibi conciliabis amicum
 Trinum, vnumq; Deum, quo nil maiusue priusue.
 Sin nihil his facies bene, Numen fœdera soluet.
 Ac primam induimur nos ipsi, vt amore cor, vtq;
 Corpus, & vt nostros nobis deuinciat aurum
 Cor, ne diuitijs rotum incubet, inq; fugaci
 Spem locet, est monitis flectendum : sobria corpus
 Cura in vincla petet, ne, quò gula ducit, eamus,
 Luxuriaq; dies caleant, noctesq; frequenti,
 Et, ceu Dulichius, cera vsi cerite, nauta,
 Pocula ducamus Circes : ope deniq; partem
 Dexteræ largæ suam nostris quoq; ponere debet.
 Altera Christiadum genitrici inducitur alina,
 Pieridumq; choris, re, consilioq; inuandis.
 Tertia principibus geritur, populiq; magistris :
 Quis cum sint Themidos, Pacis, Martisq; ministri,
 Subsidijs ex censu pendas vectigal oportet.
 Quartam fors inopis vicini sustinet atra :
 Cuius vota Noto si donas irrita, peccas.
 Nec verò hæc nulla bona gratia dote rependit :
 Namq; in regna potu recipit nos Christus, & vnâ

Cætus

Cœtus amicorum recipit: per dona probatæ,
 Hic fidei vt testis: velut, ille, redemptor & auctor.
 Dictaq; cum magna testantia voce Sequester
 Ad patrem referet, declarabitq; beatos.

EXCIDIVM HIERO- SOLYMORVM.

O Patria, ô Iouæ domus, ô Vrbs inclÿta regno
 Ifacidùm, & donis opulenta, & honoribus ingēs,
 Siccine versa iaces ex imo, ac mersa fauillis
 Perpetuò Solyme; recidiuaq; mania poni
 Fata vetant, tabulis adamantis condita? venit,
 Venit summa dies: & inexorabile tempus
 Stat tandem exitijs: & inania vota retractas:
 Brachiaq; heu tollis, non profectura precando.
 Nam telum emicuit ducto irrenocabile neruo,
 Criminibus verò cur in tua fata ruebas?
 Cùm venia locus esset, erat tibi gratia parui
 Numinis; ac, sistens non vlla luce labores,
 Incassum monitis te sollicitabat I E S V S:
 Quem tandem immeritò, cruce distringente laceratos
 Cum pedibus ferro, morti, extimulata furore,
 Mittere gaudebas. penetrabilibus inde sacratis
 Succesere gradu raptores. atq; latrones:
 Quando salutifera doctrinæ obliuina nigro
 Sensibus imbutis diffudit Inertia felle,
 Obliquans oculos, exertam lampada contra;



Tartarocō₃ viam mendaci in pectora fecit,
 Cui cades anima cordi, cum tramite Verbo
 Sistere deberes tude vulgus, ad astra ferente.
 Templaq₃ corq₃, Dei sedes, ita cecidit in vsum
 Spelunca, spolijs miserorum, & sanguine plena.
 Deniq₃, cura fuit nunquam deponere morbum,
 Et scelerum a Christo purgamina sumere votis :
 Excessitq₃, fidem noxarum summa tuarum.
 Nunc igitur cineres Solymei, saxaq₃ signis
 Irarum pariterq₃, minis testantur in ævum :
 Discite iusticiam moniti, veniēq₃ serenum
 Arripite o tempus ; quod pena tempora differt ;
 Vt vos poeniteat confundere fasq₃, nefasq₃.
 Flectite matura prece, dum datur hora, Tonantem :
 Quas semel excussit per equos, non sistit habenas.
 Mitis vt in lapsos est crimina Ioua fatentes ;
 Durus ita in lapsos est, crimina nulla fatentes.
 Porro Iacobides quantum capite astra petiuit,
 Tantum Tartareas vultum demisit in vndas :
 Et bona cuncta dies extremo clausit in orbe,
 Sponte sibi numero cultorem legit ab omni
 Thariadem, Afsyria qui Vestre sacra frequentat ;
 Et profugum Chanaan Deus ipse requirere iussit,
 Mons Solymæus vbi, & gentis cunabula sanctæ.
 Promissiq₃ fidem repetiti munere soluit ;
 Defensumq₃ dedit patrem, natumq₃, nepotemq₃,
 Inter Niligenas, posuitq₃, in honore profectos.
 Deinde fugam Isacidæ fecit per rubra tenere

Æquora

AEquora, seruitijq; euadere regna superbi :
 Ac dedit huic genti legem, imperiumq;, domosq;
 Egregijs stirpem rollens in sidera factis,
 Et dominam imponens terræ, quam Bacchus amabat,
 Quam fecunda Pales, quam Pallas, quamq; creatrix
 Farris, Hamadryadesq;, & Naiades, atque Napeæ,
 Haud modo præterea supremi hic Numinis arma
 Et currus, sed & ara fuit : sedemq; locauit
 Inter Abramæos sacrorum, orantibus vnde
 Voce dedit præsens responsa, & cæca retextit,
 Exhibuitq; Deum. Vatum, adde, quod ore docentum
 Usque viam rexit populi ; certisq; creatum
 Ductorem auspicijs regni in moderamina misti:
 Deq; furore fidem firmavit, quando pigeret
 Criminis explentem pœnas, bonitate domando,
 Ne stragem ira daret stirpi radice solute
 Denique seruatos miraculis sæpe stupendis
 Thariadas dextræ fecit monumenta paternæ,
 Præsentisq; sui, submersis hostibus, illi
 Per mare discclusum vestigia sicca tulerunt :
 Cotidie æviæ cælum dapis imbre ruebat
 Arabia in siluis : exuste rupis ibidem
 Vena noui in latices enanida fontis abibat.
 In caput actus aquis Chananaea petentibus arua
 Siccum strauit iter Iordanis : recta ruinam
 Aplausu traxère virum, sonituq; tubarum :
 Continuisse gradum sol visus, Lunaq; frenis,
 Donec longa dies spectaret cædis acernus.

Tempeſtas lapidum ſeuo hoſtes grandine fudit :
 Exacto arripuit caſtra angelus enſa profana :
 Ara flamma, polo dilapſa, adoleuit honorem :
 Solq₃ vices retrò conuerſis duxit habenis :
 Et populos tetigit ſtupor omnes, propter Hebræum,
 Cui ſoli iudicium de ſe Deus ecce peregit.
 Contrà igitur numero plagas penſauit eodem,
 Inq₃ genus pœnis totum digeſit atroces.
 Fluxiſſent ſolito cum more ad regia plenis
 Vndiq₃ recta vijs Iudei, Paſchate functi ;
 Multaq₃ denſatum glomerarent agmen in Vrbe
 Millia : Præcipiti Roma obſidione tenebat
 Mœnia, coniectiq₃ ignes ad tecta volabant,
 Marſq₃ repoſcebat teſtudine fœdus adacta,
 Dans armis cuneos, & obumbrans æthera telis :
 Nec poterant acies ſtruerè, aut ſe credere campo
 Clauſi, hand vlla fuit quîs reſpirare poteſtas,
 Ante oculos hoſtis dum vertebatur in armis.
 Mox triplici ſeſe ſtudia in contraria vulgus
 Seditiõne potens ſcindebat, vt vndiq₃ nudo
 Staret ferri acies mucrone, & vt eſſet vbiq₃
 Mœror, vbiq₃ pavor, ſclerataq₃ mortis imago :
 Pollutoſq₃ ſemel, perſudit Euyõ penates
 Sanguine permulto, vertens in viſcera vires.
 Sternebantq₃ vias inhumata, inſletaq₃ paſſim
 Corpora, cogebantq₃ urbem conſidere luclu.
 Molitur pœne genus hinc miſerabile (ciuis
 Quando ſuis fuerat nulli miſerabilis actis)

Seq₃ Fames populis inspirat, in Vrbe coactis :
 Inq₃ vicem nati patribus, natisq₃ parentes
 Diripiunt epulas : Cererisq₃ ob dona maritus
 Imminet exitijs vxoris, & illa mariti :
 Obq₃ eadem gladio latus haurit amicus amico.
 Iamq₃ fame Solyme, ventrisq₃ voragine cunctas
 Attenuarat opes : sed inattenuata vigeat
 Flamma gula, penitus mersis in viscera tandem
 Reliquijs frugum, demittitur ater in aliuum
 Alituum, pecudumq₃ sumus ; dentemq₃ fatigant
 In corio, & scutis vacuæ ieiunia venæ :
 Datq₃ graui mater crudelia pabula morbo,
 Diuellens lacervis pueriles morsibus artus.
 Tum coelum ignauos includit nubibus ætus,
 Tecta premens spissa caligine ; diraq₃ captis
 Incidit indigenis pestis ; mortisq₃ timorem
 Morte fugans vltro vocat heu venientia sata,
 Atq₃ cateruatim stragem dat, & agerat ipsis
 In domibus turpi dilapsa cadauera tabo.
 Tandem, acti furijs postquam immutabile pectus
 Gestabant monitis, seq₃ in scelus omne pararant ;
 Ciuibus ostendit supremum pallidus ortum
 Cynthius, exitiumq₃ his immedicabile misit.
 Vrbs sumabat humo, multos dominata per annos ;
 Et, populo exciso, Iouæ inclementia, Iouæ,
 Has euertit opes, strauitq₃ à culmine templum.
 Funera quis gentis victæ, quis fando labores
 Explicet, aut æquet lacrimis ? pars condita lymphis ;

Pars

Pars versa in cineres; poenam pars tracta per omnem;
 Obruta pars hastis, lethoq₃ sub ense voluta;
 Pars lacerata feris; & pars onerata catenis,
 Inq₃ plagas oneri diuersas missa ferundo.
 Nec potuere dehinc Iudaea resurgere regna;
 Namq₃ Deus patris cor sensu eiecerat imo,
 Iraq₃ voluebat caelo implacabilis aestum.
 Inunc, i, factis pietatem illud nefandis:
 Ac gesta silices in corde, minantia surdus
 Ad dicta, & questus, lacrimis quos Christus abortis,
 Fata haec prospiciens, ex imo pectore traxit.

PHARISAEVS ET PV- BLIGANVS.

A Bsq₃ fide, genuitq₃ humili, quem rumpit ab imo
 Ob commissa dolor corde, irrita, quisquis es, ora
 Laudibus, ac precibus soluis; licet omnibus auctus
 Virtutum ipse chorus, cum voto, & honore labores
 Vultum offerre Deo: te mittet fastus ad umbras
 Precipitem, parietq₃ aspectu Ioua benigno,
 Crede mihi, placet huic mens, qua sua culpa remordet;
 Quaeq₃ timore micat, concepto ob criminis orsa;
 Quaeq₃ fide pacem sibi Christi exposcit ad Aram.
 Ut vero haud dubites, mecum vestigia fleete
 Ad templum Solymum: iusto hinc iniustus abibit
 Iustior, & simili sententia lege feretur

Iudice

Iudice sub Christo, qui falli, & fallere nescit.
 Munera fert Domino Phariseus, munera, manceps;
 Cor tonitru hic Legis discussum, & sanguine tinctum
 Vindicis; ille operis fucatum pondus honesti:
 Numina præfatus Iouæ, qui talibus insit.
 Iusticiæ ex adytis en adsum, purus ab ausis
 Criminis: auxilium da, quod pietate meremur.
 Dona tibi porto, nec Legis iura resoluo:
 Cædibus infamis non sum, non raptor, adulter,
 Periurus; scelerum non sum messorq;, satorq;,
 Iste velut manceps, quem cum prece iure repellis.
 Binos ante dies tibi per ieiunia condo,
 Septima quàm solis sacram vehat orbita lucem;
 Et dextra in medium decumas impendo fideli.
 Sic ait; atque suas tumida vix mente superbus
 Spes capit. Ast oculis alter tellure moratus,
 Tollere quos metuit cælo, malè conscia tundens
 Terq;, quaterq;, manu corda, hæc suspiria duxit:
 Sis bonus, oro, mihi, Deus optime, peccatori.
 Nec plura hisce: pauor præcordia pulsat, & æstu
 Fluctuat, ob noxas, curarum: animumq;, reflectit:
 Spemq;, agit at venia, Patri inter brachia tendens
 Vnigenam; ob cuius meritum nos Conditor ardet.
 Hactenus ergo preces conceptæ: quale seuerus
 Arbitrium faciat nunc iudex, percipe porro.
 Culpa, iniustus erat, qui soluitur, inquit Iesus;
 Et, qui iustus erat, sorte huic locus exijt atra.
 Nec virtus tristem mouet huic sua taliter vrnam;

Omne

Omne nec vt punctum tulit ille, piacula propter
 Turpia, te damnat Pharisæe superbia: seruat
 Te sincera fides humilem, cumulate rapinis.
 Summa petens, voluetur humi: sententia constat.
 Ima petens, tolletur humo: sententia constat.

SURDVS ET MVTVS,
 CHRISTE OPE LEVATVS.

D At spectacula Patri sapientia dia per orbem,
 Delicias Domini, quæ sint ea, discere curas?
 En tibi, quæ dextra celebrat miracula potente
 Filius, ac gestis quadruplex est vsus in istis:
 Nam patet inde, Deum nature haud lege teneri,
 Parcarum uic manum vinculis dare: cuncta sed ire
 Nutibus ipsius præpostera legibus, vsus
 Si poscat, Iouæq; hæc omnipotentia nostræ
 Fundamenta locat fidei: deuictaq; bella,
 Quæ mouit Ratio, ferrato limine clausit
 Inq; malis curas solatur, maxima deinde
 Prodigium nobis Verbi dat pignora veri,
 Ne de dogmatibus curam huc mutemus, & illuc,
 Ambigat, quænam fugiamus, quæ uic sequamur.
 Condit idem Christo monumenta, quod vnus honore
 Messæ, ac titulo verè fungatur in eum,
 Cum, quæ conueniunt Messæ, numine patret.
 De Christo specimen dant tandem insigne benigno
 Miracula: atque monent, eadem vt fiducia votis

Ore exquirat opem nostro; documentaq; mittit,
 Vt simili Vindex ope nos leuet esse futurum,
 Siue à Thariada seu quis sit gentibus ortus.
 Dum verò misero, cui peruia vocibus ora
 Non fuerant, quiq; haud sonitum vsurpauerat aure,
 Christi ope vox aurem penetrat, nec deinde loquela
 Destituit linguam: generis vestigia nostri,
 Donorumq; Dei certissima pandit imago.
 Surdus homo est, mutusq; ab origine: quippe nec optat
 AEthereos auidas monitus dimittere in aures,
 Nec laudi ore fauet diuinæ. Christus vt ergo
 Ad sese è populo surdum, mutumq; recepit,
 Mox digitum applicuit, tum despuit, inde reclusit
 Voce iter edendis sermonibus, atq; tenendis:
 Sic iubet ex Erebo quoq; commigrare colonos
 Vrbi Christigenum, nosq; in sua regna cooptat;
 Et, Iouæ digito renouatam, mittit ab Aura
 Accitis mentem: regimenq; salutis habena
 Verbi flectit, opum ditissimus inter alumnos,
 Quos ter lustratos puro circumtulit anme
 Sanguinis ipse sui, crudeli vulnere fusi.
 Hinc illi merito plausum damus: Omnia rectè
 Christe geris: per te vocem sua verba sequuntur;
 Vtitur auditu per eundem surdus, iniquum
 Exitium humanis vt rebus misit Adamus;
 Auxilium humanis ita rebus misit Iesus.

VIATOR, ET SAMARITANVS.

Est genus, est verè, quod nomine fida beato
 Spes signat vitæ melioris, propter Iesum.
 Versus is ad socios: cui vobis nota licebit
 Nosse, ter ò animus felix: ait. istius ergo
 Noticia in socijs vis quæ fuit? audijt illam
 Fontis ad ora sui Iordanis, quando rogante,
 Petre, tibi summam responsi heroë dederunt.
 Christus es, atq; Dei natus: Petrus excipit ore.
 Et rectè ille quidem: Christo auspice nanq; locauit
 Nostra salus fundamen opum, super ethera iactum,
 Subuectante fide nectendis marmor vtring,
 Vtile parietibus. caput hoc est, vnde fluent a
 Se vitæ erumpunt: nec ijs, vel Lege profusus
 vel meritis operum, lacus intermiscuit vndam.
 Vt sit certâ fides, aliter rem percipe porro.
 Ecce petebat iter culta Hierichuntina versus
 Urbis alumnus ouans Solymæ: euadere casus
 Cui ferri haud licuit: nam silua obiecit euntem
 Latroni, insidijs exceptum: auroq; potitus,
 Exuuijsq; viri, multo enses latro recepit
 Vulnere: seminecemq; solo cum deturbasset.
 In nemo ex oculis sese auis abstulit atrum.
 Fortè pedem hoc Legis consultus calle ferebat:
 Cura gradum sed opis compressit nulla ferenda.

Leui-

Leuigena hâc mouit quoq; gressum : at nullus eundem
 Ardor detinuit plagæ medicando leuandæ.
 Tandem aduertit iter Samaritæ : huic pectora fixit,
 Ad gemitus hominis, miseratio, mulcet oliuo
 Saucia membra, mero purgata; fouetq; ligata.
 Mox oneri mulus succedit; & hospitis ægrum
 Sede viatorem, domino duce, sistit amica.
 Cumq; iterum cursum surgens Aurora vocaret,
 Quadrupedemq; sibi duci Samarita iuberet;
 Tali dicta dedit: precij cape dona soluti
 Bina, hospes, Solymum ciui impendenda, fouendo
 Arte Machaonia, curam ne linque fidelem
 Illius: officio non te certasse pigebit.
 Iste viator, homo est: Solyme, Paradisus: amena
 Hierichus, Colubri blanda irritamina: latro,
 Vipera: Flamen, opus meritorum: ad sacra creatus,
 Ritus sacrificus: Samares pius incola, Natus
 Ipse Dei: vinum, Lex aspera: Palladis vnguen,
 Mite Euangelium: quadrupes, tua, nos quoque gestans,
 Christe, caro: hospitij sedes, Ecclesia: munus
 Argenti geminum, Vox pignoraq; addita Voci,
 Nam velut omnipotens sacrati in rupe Moria
 Fundauit genitor sibi sedem, hicq; illius ara,
 Hic currus fuit, hic equites Israël's ipsi,
 Atque duces Verbi, dimissi deinde per orbem
 Non secus Aurora Deus in felicibus hortis
 Inter primigenas sedem sibi legit, abundante
 Intra, extraq; poli dono, ac telluris adauctos.

Ut quoque pra reliquis ager Hierichuntinus aruis
 Delicias, & opes erat ingeniosus ad omnes:
 Sic homini ante oculos, simulacra per irrita captos,
 Fortunata magis draco surgere regna iubebat,
 Sollicitando fidem promissis grandibus, Adas
 Quam Iouæ dederat, mandatorumq³ fidelem
 Corruptendo dolis curam. metus (inquit) abesto:
 En maiestatem vobis decerpta verendam
 Poma Deum imponent, nomen, faciemq³ nouabunt.
 Sic ait: at dictis res non respondit. & illuc
 Tendere dum gressum primi voluere parentes:
 Heu tentata fidem via, cincta latrone, sefellit.
 Ergo homo, delapsus medios Acherontis in hostes,
 Vulnera dira tulit laniatus corpore toto,
 Exuuiasq³ peti vidit simul. omnia namq³
 Gratia quæ præstat cæli, irrita dona fuere:
 Nempe Parentis amor, Flatus præsentia sacri,
 Eiusdem regimen, vite immortalis honores,
 Leticie vigor. hoc spoliolum. vis saucia deinde
 Corporis, ac mentis labem dedit, atque ruinam.
 Et venæ omne malum viciatæ irrupit in eum.
 Luce, fideq³ animus, iustiq³, bonoq³ voluntas,
 Et cor amore Dei flagrabat, labis inane.
 In quorum sabière locum nox tristis, & anceps
 De vero assensus: studium iniustiq³, maliq³,
 Impetus in vicium præceps, monitūq³ rebellis.
 Sunt animi vires quoque fractæ, & corporis: vnde
 Nos sepe in fraudem temerarius induit error:

Vnde

Unde tot illudant pestes, varioq; coorta
 Morbo incandescit tempestas. post bona tandem
 Succesit genus omne mali; soluitq; supremum
 Vitales animæ nodos è corpore fatum.
 Hæ plage, hiq; ictus, & vulnera. seq; recepit
 In latebras latro: quippe fidem non addidit Anguis
 Pollicitis. super his opis autem nulla moratur
 Cura sacerdotem tendentem, nullaq; Leuo
 Prognatum: neq; enim Lex, conatusue merendi,
 Aut virtutis honos spoliatis dona reponunt,
 Aruaq; nos reddunt in Edenia mortis ab umbris:
 Vel thuris lacrima, pecudumq; ardentibus extis
 Ara potest Stygiæ medicari cuspidis ictum.
 Solus opem effundit miseris oleoq; meroq;
 Virginis, & Iouæ Natus; quem sumere nomen
 Haud piguit, Samarita, tuum: qui cespite fultum
 Misit ad Isaciden Samare qua tenditur agris,
 Somnia de scala, naturæ vtriusq; notante
 Munera, quam Christus gerit. vtq; ea rura colebant
 Abramide, & gentes pariter: sic, Voce per orbem
 Vectus, vtrinq; sibi cœtum conscribit Iesus.
 Est etiam custos sacri agminis vsq; fidelis;
 Quem Samaritani vox indicat. vtq; putabat
 Esse hos Iacobides infra genus omne colonos:
 Sic numero Christum nullo Iudæus habebat.
 Filius ergo Dei, spoliati, ictiq; misertus,
 Et hyra Iusticiæ pendens, vitamq; caputq;
 Expendendo scelus pro nobis, restituit rem,

Et medicam applicuit dextram. In ius aspera fontes
 Lex primùm vocat, hosq; reos agit ante tribunal,
 Vt trepidos horror perfundat: candida deinde
 Facta Precatoris merito, hos sententia soluit
 Supplicij culpis; & spargit dulce salubres
 Ambrosia succos medicamen; Voxq; dolorem,
 Nuncia diuinæ bonitatis, pectore mulcet.
 Hic ab humo ceruice sua nos subleuat heros;
 Perq; fidem vitæ nos intra ducit habenda
 Præmia, quæ vitæ cælo demissus emebat;
 Inq; gregem recipit sanctorum flumine tinctos
 Membra, cor imbutos oleo Spiraminis, illic
 Verbo, & carne sua nos curat, firmat, alitq;
 Hospitio donec dextram iungamus ouantes
 Cum superis, adytis sacrorum hoc orbe relictis.
 Hinc quoq; semianimis vir sese in vulnere versat,
 Seminecesq; micant digiti: nam fata Senatus
 Condidit in cælo, capto vt clementia fraude
 Ferret opem, Themidi iuncta: & mox læta refusit
 Spes veniæ: quod ni factum foret, impia totes
 Mors hominis vultus stagno excepisset Auerno.
 Est homo semianimis, cui ianua pacis aperta:
 Anquis at exanimis, cui ianua pacis operata.
 Spes veniæ restat nobis, sed nulla draconi.
 Sunt igitur verè, quibus hîc licet esse beatîs:
 Et neq; Legis honos, vel omnis, neq; gloria nostræ
 Virtutis, sed opes, & opus, quod præstat amore
 Christus, habet titulum reuocata funere vitæ.

DECEM

S I G N I A. 211
DECEM LEPROSI, A
CHRISTO IN PRISTINA
redditi.

PAnditur hic terra domus omniparentis vring, 3
Conciliumq; vocat populorum, solis ab ortu
Solis ad occasus, hominum rex, aq; deorum
Ioua Sionas in sedes, tanta fatus:
Haud vos ore reos perago de thuris acerra,
Aut extis pecudum, quae non adoleuerit ara.
Hisce bonis mihi non opus est: accumbere sacris
Pinguibus haud posco: si poscam, vasta profectio
Terra mihi auctori satiabit odoribus ignes,
Multipliciq; dapies ante instruct ora paratu.
Cuncta mea teneo datione: errantia siluis,
Secla tot & campis animantium: insignia dona
Fortunatorum nemorum: librat aq; pennis
Aegmina tot volucrum. taurorum viscera summus
Scilicet o carpam mundi arbiter ore? cruore
Scilicet hircorum spumantia gutture ducam
Cymbia? ferte Deo sacra vera, orata timorem,
Votorumq; fidem, per grates laude solutam
Quisquis es, auxilium me tempore posce si: b arcto:
Daq; opis allatae memor, actio limite, grates.
Dixit, concutiens nutu caput, vndiq; partes
Assensu impleret motum vt mare, sidera, tellus.
Sacra bene vt peragas, puro ergo utari memento

Corde, fide, precibus, resoluta laudibus ore:
 Hæc sacra, grata Deo. denosq̄, perenne leproso
 Cautus in exemplum trabe, Christi voce leuatos.
 Quando viam Samares, Galileæq̄, ille terebat,
 Cuncta suo capiti committere pondera querens,
 Quæ secum tumulo mandaret, mersa cruore:
 Incidit in denos (quorum vni barbara vile
 Samaria tellus dederat genus) obsita squamis,
 Illuuięq̄, lepræ lasso pede membra trahentes.
 Vertice se nudo, vglatoq̄, ore ferebant,
 Discinctisq̄, togas Zephyrus sinuabat: eosdem
 Lex solis mandare locis per inhospita vitam
 Vrgebat. visi quoq̄, crimina prodere vultu:
 Nam Venus, & Bacchus partim, naturaq̄, partim
 Fœda è stirpe luem contraxerat. hiq̄, (reposita
 Immanuelis enim solatia mente manebant,
 Quæ passim dabat; & dextra argumenta potentis)
 Tollebant gemitu vocem procul: affer, Iesu,
 Fide magister, opem, miserere. gradumq̄, repressit
 Continuo has reddens clamantibus ipse loquelas:
 Flaminibus mundos vos sistite quippe fideles
 Hoc spectabat iter; ritum ad data iussa colebat;
 Deq̄, Salutifero testem dabat. inter eundem
 Corpora cœperunt mox luxuriare vigore,
 Et pura illuuię, renouato sanguine, membra
 (Antè cadauer erant) viuum rapuere colorem.
 Sed bene quid prodest cœpisse? redundat in omnes
 Prompta salus, vnus tamen est tantummodo gratulus

Et Samarita quidem; qui mox iter omne reuoluens,
 Sternit se genibus Christi, gratesq; celebrat.
 Flamen enim reliquis curam corruperat astu,
 Quæ tribui laudi debebat ritè canendæ.
 Hinc etiam propter malè dona locata, petito
 Altè Opifer gemitu: deni an non, inquit, abistis
 Salui? vbi sunt reliqui? surge ergo, fideq; triumphæ.
 Hac Deus omne genus compellat imagine: lepra,
 Ad quam mussat iners medicina, est labis origo
 Ducta à primigenis, nulla medicabilis arte:
 Perq; voluntatem, mentem, præcordia, vires
 Corporis, & fontem vitæ contagia serpunt.
 Ac morbi artificem res vnum amat ista, sacerdos.
 Qui simul, & rex est: vicij compescere culpam
 Solus is arte potest medica, & reuocare salutem.
 Quare opus est, vt stes procul, ac te nôris, & edas
 Esse bono dignum nullo: hinc te promus ad illum
 Cum fletu, precibusq; feras; promissaq; vires
 Incendant fidei, monumentis sepe probata.
 Des vt opem, Iesu, munus geris, idq; fateris
 Nomine: poscit idem tua vox, qua mole grauatos,
 Afflictosq; iubes ad te contendere cursum.
 En venio; miserere mei. Nec pondere cassa
 Vota cadent auris: sed habebunt, crede, parentem
 Vota, Deumq; suum, ne spe sis captus inani,
 Vera fides precibus sicut omnia posse petentem.
 Cum verò potitur tua iam fiducia voto,

Sacra refer, Christoq³ suum dic carmine honorem:
Et bene gratus iter, quod inis bene credulus, vrge.

DEVS, ET MAM- MON.

Heu curuam in terras animam, que tollere vultu
Vsque polo arrectam sese debebat, ab astris
Semina cum ducat, rursusq³ aspiret ad astra.
Vnius in curas itur Mammonis; & ille
Nocte fatigat, opes cumulando, dieq³ laborem;
Suntq³ manus nobis oculatæ, visaq³ credunt,
Et pendere negant spe de bonitate supremi
Consilioq³ Patris; cui sese corpora debent
Omnia per terras, alimentis auicta benignè.
Ac si destituit spem, vel spem ponit in arcto
Quæstus iners, & inops; est sollicitudo medullas,
Atque fidem in ventos tempestas turbine vertit.
O anime, immoritur cura quid pectus auaræ?
Terra ope quid fidis tantum, & fiducia vento
Rebus in aduersis discerpitur? omnia pone
Numinis in gremijs: pietatis id ordo requirit.
Primum, sub duplicis diuersas nemo valebit
Seruitij leges se tradere: quomodo cultum
Ergo inferre Deo poteris parendo fidelem,
Mammoni^q, simul discordi? prima colendi
Sit tibi cura mei; Deus inquit. at ille: profano

Vende

Vende animam lucro, vertendo fasq;, nefasq;
 Congere thesauros. felix, in numine quisquis
 Est Iouæ; canit Isaiðes. quid at ille? beatus,
 Cui struxisse penum dedit ordine copia longo.
 Ciuis erit sancti nota, nullo in scenore nummos
 Ponere; Numen ait. contra ille: probaris, & alges
 Nunquam rem facies, nisi larga pecunia pendet
 Vsuram. haud igitur contraria iussa capesses.
 Deinde quid ore nefas hoc excidit? vnde petemus
 Tegmen, & vnde cibum nobis? age collige mentem.
 An non vita dapes ter prestat, corpus amictum?
 Qui maiora dedit, dabit idem deinde minorâ
 Munera, quis vitam foueamus, membra tegamus;
 Præcipuè, Sobolis cum dono affecerit orbem,
 Qua dare nil habuit maius. cur propter eandem
 Dono haud sufficiat, quorum indiget vsus in horas?
 Præterea volucres oculis seruare memento.
 Fronde super viridi concentibus æthera mulcet
 Alituum genus: inde famem solatur in aruo
 Securis animis, misso per inane volatu.
 Cuncta id habet, nec habet quicquam; non vomere terrâ
 Sollicitat; sibi non curat distendere messe
 Horrea: nil desit tamen. hinc ad lilia vultus
 Demitte, & per agros circumfer lumina pictos:
 Non labor exercet florem, non pensa trabendo
 Exonerare colos solet, aut intendere telas
 Stamme: nec tamen huic natiuo opulentus honore
 Cerrauit trabea Solomon. volitantibus ergo

Si diuina dapem manus obijcit, omnia curans
 Iure Creatoris; si mille coloribus herbas
 Tantus velat honos, falcis mox dente petendas :
 Quid de me fiet, bonitas quem respicit alma
 Ante creatorum genus omne, intenta paterno
 Obtutu ora gerens? quia cœli ab origine pendet
 Mens mea, meq; sua Deus è nece morte recepit,
 Indulget q; mihi Flatum, vt sin Patris alumnus
 AETHEREI, vt Christi sin frater, vt ætheris heres.
 Adde, quod ossa dolor coquit, æternisq; minorem
 Confilijs animum frustra anxius ipse fatigas :
 Ceu sibi sollicito nescit transcribere luctu
 Mensura alterius spaciū tenuatus in artus.
 Quia loquar, vt populo, Christus cui nomina fecit,
 Turpe sit, hac omnes in re consumere curas?
 Nam cadit in gentes vicij genus istud, inanes
 Numinis, expertes Christi, solamine cassas,
 Nec populi ascriptas in sedem Israëlè nati.
 Cura quid in longos simul ista extenditur annos?
 Sat tibi sit, semper cum sole quod illa recusat.
 Denique, nos ardens, Pater, ac sator orbis, & altor,
 Quid sit opus nobis, nouit, quid profit, & obsit.
 Querere sit primum cordi, in te Ioua benignam
 Vt mentem accipiat; liceatq; euadere flammās
 Iræ, criminibus tot mota; illasq; cruento
 Flumine restinguat Proles; alienaq; iustum
 Nomina te leto declarent illius ore.

Dein

Dein etiam colito pietatem, & iussa parato.
Sic vitam facili tolerabunt corpora victu.

VNIGENITVS VI DVAE RESVSCITATVS.

Continuiffe gradum Naimeæ ad limina portæ
Nunc iuuat: exit enim Mors, intrat mœnia Vita;
Nosq̄, eadem ad lethi lacrimas, vitæq̄, salutem
Fata vocant, longo iuuenis miserabile corpus
Ordine procedit flammaram; ingensq̄, supremum
(Hæc orbe, & viduæ solatia debita matri)
Luctifica cœtus pompa comitatur honorem.
Astra ferit planctus comitum, gemitusq̄, tubarum:
Et calces rigidos in portam extendit humanus.
At pheretro ad muros domitor Necis, agmine cinctus,
Obuius ecce tulit gressum: fixusq̄, dolore
Gentis ob erumnas humanæ, & funera, parce
Mater, ait, lacrimis, vitamq̄, recollige Nate.
Hæc vbi dicta, puer, viola, prius, aut hyacintho
Languenti similis, reuocato in corda calore
Purpureum in florem redijt, matremq̄, petiuit
Amplexu, & pulsa Libitinam morte sefellit.
Detinet hîc oculos mihi gentis imagine nostræ,
Opposita letho, rediuius, & inde redemptæ:
Ac petit ipsa salus, subeundæ haud mortis vt vnquam
A contemplatu se mens securâ reducat.

In circumſpectu necis hæc ſtet ſemper oportet,
 Ne nos deſtituat viſ prudens. ſtare, fatetur,
 Nullam auctore Deo cauſſam necis: exit origo
 Quippe malo, quod eam telo armatis & aggerat iras
 Iudicio Legiſ ſententia, crimina damnans.
 Dein monet, vt caueam, ne dura lege perennem
 Ferreus in noctem ſomnus mihi lumina condat.
 Chriſto hic mixta, fides dat opem: qui Mortis ab haſta
 Deſringit ferrum, noſtroq; miſerius atrocem
 Suſtinet à iugulo dextram, ſiſtitq; pheretrum,
 Et ſiccac lacrimas: illo aduent ante, reuerti
 Vita ſuum ad corpus properabit, honore nouatas
 Triſticiamq; omnem compeſcet in ore voluptas.
 Præterea hæc nobis aurem prudentia vellit,
 Omnem vt quiſq; diem ſibi, iuſſo excedere terra,
 Diluxiſſe putet ſupremum, certus eundi,
 Et pietatis amans: immortalẽmq; caducæ
 Spem vitæ hic, & opum nunquam incoët: vrna mouebit
 Certa tuum nomen: non certum eſt, quando mouebit.
 Denique dat monitus, vt noſtro ex ore recurſet
 Sæpe Deo fragilis natura, fugacior vmbriſ;
 Oremusq;, ſinat ne toto igneſcere corde
 Juſtam ob triſte nefas iram, ad quam nullius audent
 Terrigenæ vires ſuſſistere. puluere creta
 Turbaſumus, pluuijs, ac tempeſtate fatiſcens:
 Floſ mollis ſumus, haud nactus tutamen ad Euros
 Graminũ herba ſumus, falcem expectare coacta.
 Quando Deo id ſubijt, vires abſumit anhelas

Ira mora, & dextram reprimat iam tela rotantem.
 Hinc quoq; Baerides vocem audiit: ira resedit,
 Nam Deus, haud homo sum; pana impar iste ferenda.

S A B B A T H V M.

Natus homo est; finem dedit in quo Ioua creandi.
 Composuitq; dies fabricandi septima curam,
 Finis vt esset homo rerum, Deus huius at esset.
 Semper honoratam lucem hinc iubet Auctior haberi,
 Septima quam solis vehit orbita: iuraq; signat,
 Vt requiescat humus, nullog; labore moremur
 Iussa Deis; cunctiq; vacent in sacra canendo,
 Orando, meditando pie, faciendo benignè,
 Cessando à vicij; Christiq; in morte quietem
 Mente retractemus pariter, vitæq; perennem
 In caelo requiem, post vltima fata pctendam.
 Nam requie tumuli sub marmore sabatha duxit
 Christus, amans placido componere membra sopores
 Vt mihi leniret quoque tumba quiete dolores,
 Fessaq; laxaret tranquillo corpora somno.
 Inducentq; ortum simul, omne in tempus itura,
 Sabatha, cum turba, portu subeuntis amico,
 Carmina, dicta Deo, bipatentis regia mundi
 Audiet, ac finem cunctorum tectra laborum
 Fortunata dabunt caeli, plausumq; remittent,
 Festum hoc yana cohors diuerso more profanat;

Pars

Pars lusu cyathisq; diem trahit: ocia segni
 Pars torpore fouet: graue pars opus vrget aratro:
 Pars sacros tantum colit assuetudine ritus,
 Idq; opus in numero perfecti ducit honoris.
 Præcipue lucis ius, per sacra rite colenda,
 Indigno Phariseusmers temerauit abusu.
 Non menti requiem prauis indulsit ab ausis:
 Non studijs animum diuinis abdidit omnem:
 Non ope, vel dono miseris impendit amorem.
 Libera ducebant manus, & pes ocia tantum:
 Credebatq; nefas immane, & morte piandum,
 Si quis ope, vt faceret bene, non dubitauerat alman
 Expedisse manum, & requiem turbare labores
 Cum tamen in vetitis numerari debeat vnum
 Illud opus, quod amat sacra rumpere, festaq; turbat.
 Si tamen in foueam pede bos, asinusue labante
 Præcipit arat iter per sabatha; nemo quieuit.
 Conto, & sune pecus mox euadebat ad auras
 E fossas; & pecudes potum omnis agebat eodem
 Tempore: solus homo prece pauper, & ager inani
 Sollicitabat opem. Christum hinc, in dona paratum,
 Pontifices oculo quoq; turbidior notabant,
 Et loca miscebant irato murmure cuncta.
 Hunc at honore diem vero instaurauit Iesus.
 Is populum tenuit per templa, scholasq; docendo:
 Languorisq; sitim venis extinxit aquosi:
 Erectoq; nurum se iussit corpore ferre,
 Quæ vitam increpuit spaciosam, tota per annos

Bis contracta nouem : seseq³ attollere sanum
 In femur ad lymphas Bethesdae voce per octo
 Lustra ferè membris capto dedit : atque, rigorem
 Arida cum miseri traxisset dextera, dextram
 Porrige, porrectaq³, vt laua, ait, vt ere rectè:
 Passusq³ est oculos ad cælum tollere apertos
 Cecum, ex ore luto quos permulcebat, in vndis
 Absterfo Siloës. nam præ pietatis amore,
 Quæ nobis præbet se largam alijsq³, salute,
 Moris, opis vacui, bene postputat ocia sanctus.
 Sic, urgente fame, vellendo carpere fruges
 Relligio socijs Christi haud fuit : exta cremando
 Sic etiam labor & maclando peractus ad aras:
 Sic Macabæa phalanx detrudit finibus hostem,
 Tutaturq³, armis patriam : sic denique sacris
 Isaias libis exul ieiunia soluit.
 Morti Eleasar amat tamen ante occumbere, contra
 Quam morem vetita sancitum accumbere mensæ.
 Et rectè ille quidem : ritum confessio seruat.

MOSES, ET CHRISTVS,

Hvic alius vitæ thesauros congerat auro,
 Luculli sumtus Parijs ad sidera ducat
 Porticibus, terram centenis vertat aratris :
 Aurea me vitæ traducat gaza beata,

In Verbo sita Iona tuo: quæ amq; per orbem
 Indigus exilium, bona dummodo cuncta daturam
 In celo patriam læto clamore salutem.
 Huc iter est: mundi vana hinc mihi numera sordent.
 Porro in thesauro diuini diuite Verbi,
 Qui mihi ridet, opes duo composuere ministri,
 Christus, & Amranides; veteres hic, ille recentes.
 Legis opus vetus est; quod eam mens arripit, haurit,
 Exprimur ex ipso nature fontes: quod inde
 Hereat ante p̄s sub pectore vulnus oportet,
 Quam vulnus foueat medicina; quod illa vetuste
 Labis reliquias concretas excoquit igne.
 Dona Euangelij noua sunt; quod id ore retexit
 Vincus interpres; quod mollit Legis id iras;
 Quod scit fata p̄j generando nouare redempti.
 Summiq; Lex hæc est: homo quæ tenet, omnia sunt
 Cultu operata Deo, mens tota, cor omne, voluntas
 Intima, vis anime quog, tenuibus abdit a fibris:
 Teg, alijs talem præstes vt amore memento,
 Te qualem tibi met præstas. hæc perface: viues.
 Talibus at iustis quis agendo sufficit vnquam?
 Nemo. ope quis Legis vita ergo fruetur in astris?
 Nemo. laborantem vires frustantur ineptæ.
 Iura voluntati, cordi, menti q; dat Auctor,
 Non membris modo: vix corpus tamen audit habenas.
 Oigitur cæcum Phariseum. terq; quaterq;
 Hic sibi plaudebat de Legis honore peractæ,
 Si scelerum in sese nihil admisisset aperte.

Mem-

Membraq³, non animus, cor, sensus labe carerent :
 Hocq³, opere audebat regna affectare beata,
 Lactabatq³, frequens voces de Lege superbas :
 Atque rudi Moses errabat semper in ore.
 Indoluit verò Christus: qui talibus infit.
 De duce Legifero, cum formidabile fronte
 Præferat is lumen, vos plurima ferre loquelis,
 Mirum, & vera salus, nescire, sit vnde petenda.
 Amramides non est regni pars prima sacrati:
 Vnus præterea sceptrâ hîc tenet, ille quis ergo?
 Messias, patribus promissus, cuius at ipsum
 Stirpe satum data fata serunt? nihil attinet istud
 Querere, dicetis forsân: Davidis alumnus
 Christus erit. Davidis? ain' Pharisee? rebelles
 Nunc age dede manus, vel tlo accingere contrâ.
 Ioua meum assatur Dominum: moderamina, nixus
 Ad dextram Patris solio, cape, donec ad vnum
 Hostibus insultes pede victis, colla premente.
 Sic, afflante Deo, cecinit Iesseus heros.
 Iam si Messie genus is dedit, ane futurum,
 Vt domino vtatur nato pater ipse, putabis?
 Et Ioua accipiet solio Dauide creatum?
 Omnia quid sunt hîc muta? ô tardissima corda.
 Christus homo, & Deus est de stirpe hominisq³, Deiq³.
 Ac, domitor lethi, debellatorq³, colubri,
 Vnus hic irarum meritis tumida æquora placat:
 Et portis superûm, nec rumpens claustra, sequutos
 Immitit, licet ob scelus vndiq³, ferrea claudant

Robora.

Robora, nec custos absistat limine Moses.
 Nulla salus sine me : Legi inculpatus honorem
 Reddo : luo poenas ob mundi crimina : Patrem
 Votis, & meritis supero : redimoq₃ salutem.

P A R A L Y T I C U S
 A C H R I S T O R E S T I
 t u t u s ,

Non est de nihilo, quoties tibi languida morbus
 Membra dat in lectum, tentatq₃ doloribus ossa ;
 Aut etiam tibi mors inopinam nunciat horam.
 Temet vt incuses, cui iuste Numinis iras
 Sanguinis, ac vitæ labes contraxerit atra,
 Teg₃ mali clames crimenq₃, caputq₃, moneris
 Et culpæ vt fugias succumbere postmodo mente.
 Talis adest lecto decumbens ; viuida neruis
 Cui vis destituit motum, gressumq₃ recusat.
 Hunc aliena fides (donum fert illa petitum
 Sæpe, fidemq₃, alijs) vbi Christi sistit ad ora:
 Morbi Opifer caussam neruis elidere querit.
 Hinc, sese vnde lues erumpit dira, represso
 Fonte, remitto, inquit, noxam, vt dolor inde remittat.
 Muneris iste modus tribuendi, vt muneris auctor,
 Stulto ignotus erat Phariseo : & is autumat edi
 Contra verba Deum, præter quem soluere culpa
 Nem₃ queat. verum, quæ voluat hypocrita corde

Sensa,

Sensa, videt Christus: mox ergo: quid improbus (infit)
 Pectora sollicitat sensus? mihi numen inesse,
 Constet. vtrum leuius dictu? sis lege solutus
 Noxa. an? sanus abi. morbum medicamine pellens,
 Caussam vnà pellit. iam si compescere nutu
 Languorem potero, Deus vnde patebo; quid obstat,
 Ne mea vis caussae venas astringat biantes,
 Et miserum venia donem? ac vt talibus addat
 Exitus ipse fidem verbis, age, fidere tacte,
 Sanus abi. his dictis, mox integra viribus ille
 Corripit è stratis membra, & cum voce supinas
 Tendit ouans palmas, iactatq; ad sidera laudes.
 Ergo, vbi languoris te corripuere dolores,
 Primus erit, cognosse malum, labor: altera pacem
 Cura petet: vicij submittere tertia parceret
 Sedulitas animum: fidet Podalirius herba
 Stamina fatorum tandem exorare salubri.
 Sic letbi Achasides rumpens instantia fata,
 Lustra superstes adhuc tria condidit: atq; peregit
 Signa necis victæ per denos ecce reflectens
 Frena gradus Titan, versoq; iter axe remensus:
 At non Abiaden claudum fors leta requisit:
 Nam tantum auxilium medica tentabat ab arte,
 Non etiam à precibus, susoq; ob crimina fletu.

Hiskias.

Asa, parahp.
2. cap. 16 l.

NVPTIÆ FILII RE- GIS.

SAcra facit sponsus genialia, missus Olympo :
 Ferte pedem huc Musæ cum carmine, cumq; sonoris
 Lati argumentis animi : vocalia fila
 Sollicitate manu citharæ, percurrite plectro
 Barbita, cantandoq; dapus celebrate iugales.
 Sponsum multa decent : clarum genus, oris honores
 Munus, & vsus opum, virtus, saniq; vigores
 Corporis : ante alios Christus quibus emicat omnes.
 Ille bis est genitus : diuiniq; omnia condens,
 Auctor ei generis semel est Pater ante creatas
 Ad cuius solium submissis maxima vultu
 Terra ministerijs apparet, & Amphitrite
 Cœrulea, & signis Aether fulgentibus aptus.
 Post idem, certi perfecto temporis orbe,
 Virginis ex vtero lucem puer editus hausit,
 Naturæ contra legem : nec origine quisquam
 In cælo, aut terris vocat in certamina Christum.
 Certat ei nemo quog; forma : quippe sereno
 A vultu absistit nitor vndiq; dignum
 Tanta stirpe decus : dictisq; aspirat amorem
 Gratia Suadele. testem dabo Nemini Auram :
 Qua stimulante, canis, Dauide, hymenæia festa.
 Quid loquar, vt Genitor dederit ditione tenere
 Totius orbis opes ? immensas spectet vt illas,

In quas cunq; plagas aduertere lumina gestit?

Squamigeram huic tarbam pascit sub gurgite Nereus:

Huic aer volucres librat; sustinet alis:

Lanigera huic pecudes, & buccera vallibus errant

Armenta: in latebris stabulantes silua profundis

Huic tegit atra feras: huic terrae Atlantidos arbor

Seruit: & huic onerant sulcos procurrentibus arua.

Quid? quod ab occasu Phœbeo lucis ad ortum

Subiectis ipsi patet ampla potentia terris:

Et, postquam emicuit supra ardua cuncta quadrigis

Sideris, mundi per regna per ætheris aulam

Omnia sub pedibus cernit vertiq;, regi q;

Adde quod vsq; cluit virtutibus, astraq; sama

Iusticiæ ferit, & bonitatis gloria nullam

Nobiscum venit in partem; nec crimine nomen,

Vel tenui saltem, maculauit origo, vel etas.

Deniq; cum vitam semel expirarit amicum

Numinis in gremium, mors haud magis occupat ipsum;

Sed nunc, imposita sibi maiestate, beatam

Immortalis agit vitam; pedibusq;, paterno

Subnixus folio, strepitum subiecit atrocem

Orbis, & inferni, lethiq;, immania fata.

Nil igitur sponso cum sit præstantius vsquam,

Quæ poterit consors par respondere decore?

Astra per, ac terras age vestigando laborem

Experiar, sponsamq;, Deo deducere tendam.

Sed labor æthereis quærentem fallit in oris.

Namq; nec ampla domus ventorum, & umbis, & imbris,

Et Thaumantias picto spectabilis arcu,
 Fulmineaq; iræ, flammæq; trahentis acumen;
 Nec thalamus Luna, stellatus Iaspide, & auro;
 Nec rota Luciferi, stagno perfusa liquenti;
 Regia nec mundum lustrantis lampade Solis;
 Nec statio astrorum suprema; nec agmina tandem
 Cœlestium alituum nouerunt iungere sponsam.
 Has quoq; non per humum laudes capit, equore cinctâ,
 Nais Hamadryadesue, & Oreades, atq; Napeæ,
 Aut pelagi exercens lusu Galatea profundum.
 Cumq; parem inuentam mundus non curet Adamo,
 Cum qua contribuat thalamo feliciter annos;
 Haud etiam ascendet diuinum hinc vlla cubile.
 Genus hominum restat: sponsam hinc sibi legit amator.
 Non vllò ex merito, sed gratis: namq; myrica
 Tam dispar non est cedro, agrestisue racemis
 Pampinus Engadicis, aut setæ oleaster oliuæ.
 Sponsa capit vicium conceptu matris ab ipso,
 Semine polluto creta: at quid foedius atra
 Labe malæ stirpis? faciem deim pessima turpat
 Forma dato colubri sceleratis vulnere telis;
 Gloriaq; in ventos, diuos imitata, recessit.
 Vim quoq; latronis passa est, exutaq; donis
 Omnibus à Satana, quibus accumulauerat illam
 Gratia: quam cœli Fauor, & Deus hospes euntem,
 Spesq; vehens penna vitam candente perennem
 Flosq; Voluptatis stipabant. vendita gratis
 Serua est præterea: nec, digna vt præmia Serpens

Solue-

Solueret, inde stetit pacto, sub cuius iniquam
 Tradiderat legem se, circumuenta dolose.
 Cumq; suis lapsa melius confidere sorti
 Viribus haud possit; multo minus illius alter
 Sentiet auxilium. nec non, quaecumq; voluat
 Pectore, quae loquitur, quae vult, sunt omnia labe
 Infecta, & superis inimica, aduersaq; iusto.
 Tandem mille malis iactata, exhaustaq; morbis,
 Demittit letho caput, exhalatq; dolore
 Et gemitu vitam; dirisq; exangue colubris
 Sub tumuli praebet lamandum marmore corpus.
 Nec vero hanc Soboli Pater obtrudebat amicam
 Inuitae: petijt, petijt, cum libera pronus
 Arbitria optandi Genitor fecisset, & orno
 Pendens conciperet cum vota, emeretq; cruore
 Talem Progenies hymenaeum, animaq; litaret.
 At quamuis opibus proprijs nil stonsa renidet,
 Hanc alienus honos tamen auro, & murice velat;
 Auro, quod mittit puris Ophyrea caminis;
 Murice, quo Tyrium vestem saturauit abenum.
 Et, quaecumq; tenet Christus, donauit habenda
 Christigenis, quis cum sociales venit ad aras.
 Aetheri Patris natorum nomen inimus:
 Effigie diuum decus enitet, inde resecta:
 Gratia diuitijs iterum nos auget ademptis:
 Propitioq; ardens intrauit amore medullas
 Caelicolum calor; & Numen se reddit in adem
 Pectoris; & portas aether iubet esse patentes.

Sistimur ad dexteram Regis: quo sceptrum reductum
 Donante accipimus, rursumque, at tollere fasces
 Gaudemus, contra vim formidabilis Orci,
 Et necis, & scelerum, mundi que; ac tuta tenemus.
 Sanguine diuino tincte succedimus vnda;
 Que crimen, caput ut graue subdimus, eluit omne;
 Iusticiamque suam nobis transcribit Iesus;
 Cuius mors etiam vite immortalis honorem
 Extudit occisis, reuocat quos Ditis ab umbris.
 Hac celebrata tenus sociatis carmina tedis:
 Nunc, qui fungatur dapibus conuiuia, videndum.
 Ecce triplex autem verso in genus incido vultu.
 Pars reuuit mensis adhiberi, ac talia rastris,
 Stiuamque, & bobus conuiuia posthabet amens:
 Imo quoque in seruos, instructis iussa ferentes
 Nuncia de tedis, Vates, Christi que, ministros,
 Arma fera expedit, strictosque, instantibus enses.
 Obtulit, & miseros diuerso vulnere fudit.
 Fallaci, & ficta pars gaudia voce serenans
 Conuiuas agit: ast, incestans crimine festa,
 Squallentem ex humeris demittit nobis amictum.
 Hos ego (intonuit caene simul arbiter ore,
 Qui reliquos hostes ferro excindebat, & igne)
 Excussit subitus lectis genialibus horror;
 Pravaque Tartarea damnauit lumina nocte.
 Vestis enim, ornatus qua tali accumbere debes
 Mensae, est pura fides, & viua, & splendida factis:
 Quo tibi si decrit, pariteris hypocrita poenae.

Veste

Veste decente nitens celebrat pars deniq; cœtum
 Corde pio, & fido, soluitq; ad carmina linguam,
 Et vocem plausu per tecta volutat ouante:
 Gemma poli nectar quibus olim fundet in aula.
 Salve sponse: tibi, deuincta ardore, fidelem
 Reijcit in gremium consors Ecclesia sese,
 Et pendet ceruice manu: complectere amore,
 Auxilio, donis, tutela, & honore iacentem,
 Cui iam sanguis hebet, viresq; in corpore surgent
 Effecto, & rugis arat ora senilibus etas
 Damnosa; hanc donec vicijq; malisq; solutam
 Accipias manibus supera Genitoris in arce.

AVLICI FILIVS AB-
SENS A CHRISTO SA-
natus.

Quo fessum rapitis, Christi ô miracula? verè
 Ille est auxilium dux ingeniosus ad omne,
 Nutu, & voce fugam morbo, erumnisq; neciq;
 Immittens bonitas, portentaq; cuius ad vnguem
 Pollicitis Vatum respondent singula, quando
 Venturo indicium de Seruatore dederunt.
 Ille est, quem populi, Iapheto, & Seme creati,
 Misit in imperium diuinus mite Senatus,
 Numen vt heredi pateat, vernaq; benignum.
 Ille est, qui tenui sopitas igne fauillas

Suscitāt, & fumos voluentem cortice Vestam
 Nutrit, & in vires sufflādo assurgere cogit:
 Et qui non, Zephyris iactatam, vndisq; petiā,
 Proluit indomito contorquens vortice cannā.
 Quo mutante, mero certauerat hydria Chio,
 De reditu heroīs Galilaeo fama volabat.
 Cum gemitu, precibusq; iter obuius ergo ferebat
 Aulicus Herodis, rapiens in somite primae
 Scintillam fidei, vicinā aduerte Capernae,
 Oro, pedem nato quae mortem intentat iniquam.
 Sic ait, at Christus contrā: quae dona rogatis,
 Quae nam haec est ratio? donec miracula videtis,
 Creditis: haec quando cessant, fiducia cessat.
 Me posse absentis properata retexere fata,
 Quid dubitas? age crede: fides, quae robore pollet,
 Non à prodigijs, sed Iouae pendet ab ore.
 Tolle moram, exhalat vitam puer: excipit ille.
 Vade, valet recte soboles tua: reddit Iesus:
 Aspiratq; spei vires, nec ludere vota
 Inualidae patitur fidei. Sine pondere nunquam
 Verba sacrata cadunt: ardenti in pectore versat
 Credulus ingentes animos, & visere charam
 Ad sobolem properat pater, ac, Notus inter eundum
 Ne spem forsā ei rapiat, Deus emouet ecce
 Corde pio curas, genitor vestigia nang,
 Dum recipit: letum seruorum huic obuia tendit
 Cum clamore gradum manus, exoptatq; perfert
 Nuncia de puero saluo, cui septima mire

Lucis

Lucis præteritæ compescuit hora dolorem.
 Nunc erit ille mihi semper Deus (aulicus insit)
 Conuenit ad tempus morbi vox edita pulsæ.
 Credo; omnemq; domum par est iam credere mecum.
 Tanta est vis fidei, parua licet: impetrat ipsa,
 Quod petit; atq; trahit flammæ, tandemq; coruscet.

POENITENTIA.

Svmme Parens, Triados fons, naturæq; repertor,
 Sortu, & sine carens, ætræq; arbiter omnia complens,
 Rex terræ, domitor pelagi, seruator, & altor
 Rerum, ac terrigenum; mens verax, libera, clemens,
 Iusta, pia, illustris, sapiens, viciumq; perosa:
 Tu quoq; corde Patris Vox edita, finis, & ortus
 Nescia, missa polo, Iesu, rex, atq; sacerdos,
 De genitore Deus, de matre homo, victor Auerni,
 Instaurator opum, debellatorq; malorum:
 Tuq; Dei Flatus penetrantis fomes amoris
 Vnigenam Patremq; inter, vis viuida latè
 Mundi, lucis honos nubes splendore serenans,
 Et vigor, astra docens oculis nos mentis adire:
 Immensis, pelagus fluctu quas versat, arenis,
 Pulueribusq; soli numero mea crimina certant.
 Et quanto exanimi stet ad intima vulnere mucro
 Pectora, dum iaculum valido penetrabile neruo
 Emicuit, quo non aliud magis audiit arcum;
 Meq; dolor propter commissa piacula quantus

Inuadat, quæ me coquat imis cura medullis
 Haud ego consequerer dictis, licet ora mouerem
 Dena sono infragili, pectus mihi firmitus esset.
 Nam cum siderei cines, pennisq; phalanges
 Libratæ ad solium non apparere recusent
 Officio; ac bigæ Phœbes, & Solis habena
 Quadrijugæ, astrorumq; domus celata figuris
 Pluribus, æthereiq; orbes data sedera seruent
 Cumq; plagæ æreæ, nix, imber, grando, pruina,
 Ros, nubes, & equi ventorum, & fulminis alæ
 Fallere iussa negent; tellusq; ambita profundo
 Cum varijs opibus, quas sustinet, omne facessat
 Mandatum, Oceaniq; tridens, & cerula regna:
 Quid solus misero volui mihi perditus eheu?
 Te, per quem supero, & vescor vitalibus auris,
 Te, per quem potui loca visi euadere lethi,
 Te, per quem volito caelestia mente per ora,
 Te Patrem, Sobolem, Spiramenq; ætheris, inquam,
 Sensibus auertor cunctis, correpta furore
 Mens agit in facinus me quodlibet: impius aurem
 Præsto dolis colubri, dicta ad caelestia surdam:
 Improbæ spes fragilis thesauri pascit amorem:
 Corda obsessa gelu glaciali, septaq; saxi,
 Rara boni accendunt momenta cupidine, rarus
 Tangit honos cæli, mea vota vt in orbe relinquam:
 Corruptæ slagro vicio gentisq; meoq;
 Conscelero pectus cupiendo, animumq; probando,
 Linguam sando, oculos spectando, manusq; patrando:

Sæpe,

Sepe, tui oblitus, non me tibi debeo totum,
 Non in vota vaco, laudesq; repagula pulsans
 Mentis, iter sceleris prouum imo rapitq;, trahitq;
 Lora remittentem, discussis pene quadrigis:
 Nullaq; ceperunt prauum me tadia cœpti,
 Nec subijt legum seruare examina cura,
 Scilicet idcirco viciato semine cretum
 Lustrat aqua Christus pura, inuergitq;, cruorem,
 Et mea fata nouat generando, suisq; redemiam
 Me patitur regnis confidere, Flamini, obses
 Qui vitæ est, propius sua pignore numina firmans.
 Et veniam indulges votis, iramq; remittis:
 Mente vt concipiam rursus furiasq;, nefasq;
 Nec numerem in vetitis surgentes pectore motus,
 Qui Legem tementant: factisq; vt in omne reuoluat
 Peccati genus; & semel interceptus, Iesu
 Dante, neci, morti caput obiectare retentem;
 Hospitioq; Deum Spirantem excedere cogam;
 Et viuam canis immundus, vel amica luto sus.
 Scilicet ô ideo voluisti credere curam
 Mille talentorum decies mihi, quando tot ipse
 Dispensator eram donorum in corpore, mente,
 Fortuna, & super a thesauris sede profectis:
 AERA vt contraberem tot luxu aliena superbo,
 Quæ tibi nulla dies prorsus dissoluere posset,
 Mille licet facerem versuras; vtq; vocatus
 Calculus haud vlla caussam ratione teneret,
 Et frustra exigeret missus tua nomina quæstor.

Prima

Prima data est Legi questuræ summa gerendæ,
 Intentanti iras debentibus: altera pœnis:
 Tertia, quæ morsu malè conscia tundit obunco
 Vultur, pectoribus: subeundæq; vltima morti.
 Verbere questores hi torto quattuor instant,
 Debita poscentes tibi solui, & digna rependi:
 Sed nostræ haud opis est, alieno obstructus vt are
 Amoueam instantes: tantum agris vocibus hisco.
 Ingrauat hæc Satanas pariter seuissimus ore,
 Qui scelorum hortator fuerat blandissimus antè:
 Meq; nimis veris, attractum ad Iudicis vrnam,
 Criminibus premit, & telis incescit inermem.
 Es meus (exclamat) meus es: nil deniq; restat.
 O igitur tanti fuga quæ super inde pericli?
 Horribilem pontus fremitum mihi tollit ad aures,
 Qui ruptis vires totum effundebat in orbem
 Obÿcibus, sauo tempestas vertitur igne
 Ante oculos, Sodomæ fumantia culnina ponens
 AEqua solo, cinerumq; inuoluens rura fauillis:
 Sulfurea latè stagnat lacus vnde palude.
 Abripit immani descensum terra barathro,
 Rupto aditu Coren in Auerna voragine condens.
 Deniq; summa dies incendit corde timorem,
 Lege dicam ad puteal quæ fonti impingat acerba:
 Perpetuasq; faces intentat Erinnyis, & angues,
 Supplicio prauos iussa exercere perenni:
 Et me iudicium terroribus externaui.
 Ergone spes omnes mittam? euictusq; dolore
Concipiam

Concipiam votum, sub opaca sepulcra debiscens
 Vt faciat mihi campus iter? vel ab arbore dirum
 Cura necis nectat nodum, abrumpamq; salutem
 Fune? dolor crudo vel costas induat ense,
 Finit exactus mihi letho vt mucro pauores?
 Non ita cum vita mihi cura excedet in eum:
 Tantaq; mite vetet mala Numen. Erinnybus actum,
 In Saulem facinus cadat istud: tangat Iudam
 Hoc fatum, vt pigeat caeli conuexa tueri:
 Vna alij lucem violenta morte relinquat,
 Quis non est bonitas tua, sed tantummodo nota
 Iusticia ad cuius flammam sum graminis instar.
 Nam tibi sic homines in amoribus esse recorder,
 Vnigenam opponas vt morti ob surta luenda,
 Nec morsu draco, vel complexibus occupet vllum,
 Quem fidei successus alit, vocemq; retracto
 Mente tuam memori: caput ac mea numina iuro;
 Nolo, vt cum genitu fugiat mala vita sub umbras
 Sed penitus sedet ecce mihi sententia mente,
 Cum fletu, & precibus scelus ausi, ausoq; potiti,
 Cumq; fide, sensu mutato, vt munera tendant,
 Et viuant, quid, vt ore debinc spem iure serenem
 Pollicitis Christi, loquar? omnes (inquit) adeste,
 Quos labor vrget, onus quos curuat: habebitis, vnde
 Pectora laxetis requie, curasq; leuetis.
 Vocibus his credens, animoq; exempla reuoluens,
 Ad te confugio, Christe, & tua numina posco.
 Submitto cordis cum vincto genua Manasse:

Atq;

Atque manu pectus cum mancipe tundo, profatus,
 Da mihi, da veniam, piget, ac pudet: aspice fassum
 Placatis oculis, quibus, impia signa sequuntur
 Obscena Veneris, non auersaris amicam,
 Oscula qua pedibus, lacrimarum flumine tinctis,
 Figit, & Assyrio permulcet tempora nardo:
 Propitijs oculis, quos nox captiua reflecti
 Ad comitem sensit, turpi formidine captum:
 Iucundis oculis, quos vertis, ab arbore pendens,
 Latronem ad miserum, dum lenta in morte tenetur.
 Te meritis orbem gemino impleuisse sub axe:
 Te natum esse mihi, defunctum, & ad astra reuersum:
 Teq; sacerdotis mihi fungi, ac regis honore:
 Annuo, nec fallax animum sententia tangit.
 Te quæsitores credo absoluisse quaternos,
 Tam faciendy satis, quam compestendo ruentes.
 Debita soluebas Legi omnia: dura subibas
 Pro nobis humeris, exhausta sanguine pœna:
 Syngrapha deinde fidem vendebat nostra cruore,
 Quem cruce suspensus sudisti, in stipite fixa:
 Morsq; manu inbelli mittit sine cuspide tela.
 Per te parta, mihi victoria cesit habenda:
 Transcribiq; mihi patitur tua dona Creator,
 Et Flatus finit, vt culpa me soluat vterq;
 Sensibus accipio dicta imis: liber abito.
 Nec verò satis est, vt credam: poscitur vna,
 Vt fidei monumenta mea dare nitax agendo,
 Frenaq; dein membris animoq; imponere certem.

Quando

Quando talentorum dono mihi dena dedisti
 Millia, fas simul est, ne pauca inducere cessem
 Nomina : cumq; geram Samio caelestia vase
 Munera, discutiat ne saxo offensus testam,
 Sumendus labor est, passu quoq; sacra frequenti
 Tesqua legit Satanas, & casses ponit vbiq;
 Insidiasq; pios circum explorare laborat.
 Ac, vbi non locus est vulpi, locus esse leoni
 Incipit : & seuo crudescit pugna sub hoste,
 Quem dira inuidia stimulisq; agitauit amaris
 Nostra salus : gladioq; is Martem inuadit, & hasta
 Et iaculis, inimica trabens in prelia sanctos.
 Instar militiae vita est : aciemq; fremente
 Hora omnis struit heu Marte & cum, roboris expers,
 Fictile simus opus, cum simus cessitis herba ;
 Orcus in imbelles aciem rapit vndiq; totam.
 Cotidie lapsus mala contrahit : inq; rogandam
 Cotidie veniam supplex ascendere cogor.
 Has igitur fraudes, hanc vim quia propria nescit
 Sedulitas prohibere ; fidem, Deus alme, supremam
 Comprecor, vsq; mihi Verbi ad inbar orbita gressum
 Dirigat, ethereoq; pedo vestigia firmem ;
 Aurag; se cordi sacrata inspiret abunde ;
 Et pia, quae tribuis, mihi propria munera saxis.
 Te praesente, doli Satanae frangantur inanes,
 Ventusq; excipiat directum a demone vulnus ;
 Et sine crudeli me saluum euadere pugna.
 Da, ne Tartareos animam desertus in ignes

Expireme

Expirem, & sacri sim pars sine pondere regni:
 Sed vigilum excubijs fit cura obsidere vitam
 Tali in militia; tandem ætheris in: er alumnos
 Vt tibi dem plausum; te lustrem vt, Ioua, choreis;
 Vt tibi perpetuo persoluam carmine grates.

M A G I S T R A T V S.

Astra Venus vocat in certamina lucis honore:
 Siue diem retegat surgenti præuia soli,
 Siue trahit noctem venturæ nuncia Luna.
 At decore huic certat, præstans virtutibus vsu,
 Iusticia; & meritis caput inter sidera condit.
 Hac duce, cum superis homines, cum mente cupido,
 Cumq; magistratu se gens in fœdera mittit.
 Virtutes reliquæ, gaudentes munus inire
 Seruarum, huic dominæ sublimi, & sceptræ gerenti,
 Officij præbent operam: Prudentia suadet,
 Et regit, & format: bellatrix Diua propagat,
 Et tegit, & firmat: Moderatio nutrit, & ornat,
 Et probat. inq; chaos confundi videris orbem,
 Ni premere, & laxas certo dare curet habenas
 Fœdere, contendatq; Astra, tenacia vincla.
 Vt celebrent inter sese per mutua cœtum
 Terrigenæ, Deus ipse iubet, naturaq; monstrat.
 Ac vitæ vt sociæ sine fine colamus amorem,
 Dextræ multiplici cœunt in fœdera lege;

Nam

Nam genus hic prodit, patria sit vt inde superstes
 Ciuis : hic officium gerit : hic dat, & accipit equa
 Contractu : hic vel agit pœnis, vel munere digna :
 Vita hic siena regit : Martem hic mouet acer in hostem.
 Ergo magistratum regio legit, vrbsq; senatum ;
 Et petimus leges describi, iurâq; reddi.
 Inter apes, saluo duce, mens est omnibus vna ;
 Sed laso, rupere fidem : sic excutit omne
 Gens sœdus, rectore carens, mandatâq; fallit.
 Rexq; præest populo, lex regi : datq; verendos
 Ore Themis monitus & ijs, qui iussa facessunt
 Subiecti imperijs, & ijs, qui iussa tulerunt.
 Vtq; tenet portum ratis haud modò, nauita vires
 Promit vbi incumbens tonsis, tenduntq; sequentes
 Vela Noti ; sed opus simul est, exploret vt vidis
 Insiuias, ventos Palimurus capiet vt aure,
 Astra vt certa regant iter obseruata per aquor :
 Sic non imperij propria vis mole tenetur,
 Vel Marte, arbitriouè suo : nam, incenia circum
 Lex statuât, det opem, vires attollat oportet.
 Impendens homini sese arbiter orbis, & altor
 In curam cœtus socij consurgit alendi :
 Et dat, vt aure sonus captetur, lumina visu.
 Extruxit gradibus solium sublimibus ille
 AEterno ex adamante, faces bonitatis, & iræ
 Terroremq; operi miscens, & Iassin, & aurum.
 Huic Maestatem, cœli de semine cretam,
 Imposuit : vinclisq; instructa iuris, & armis

R

Sceptra

Sceptra ac iusticie frenum dedit vsq; tuenda;
 Nil sine qua sanctum, nil constans, abnegat ergo
 Legibus, aut regi persolvere quisquis honorem,
 Quem Deus esse deum, & fungi vice Numinis inquit,
 Ut bonus, ut iustus sit, opem ut ferat, utq; gubernet:
 Iste, repertorem contra ethera, bella lacesit.
 Omnipotens Legem tulit inter subminis ignes:
 Isq; simul fisci leges probat, atq; resigi,
 Sicut res variae, diuersaq; terra requirit,
 Quando facem mentis radij, & Lex incluta praefert:
 Quae repetita docet, quod semina ducat ab aethra
 Inrita lux animis, meliora vidensq; probansq;
 Ac licet omnipotens succedat ad ethera laude
 Gradibus merito, meliusq; nitore sequacem
 Sollicitet sensum: quantum tamen aurea ferrèo
 Pax anteit bello, quantum mens corpora praestat,
 Tantum Martis opus lex vincit; atrociam multo
 Dicta magis Lapithae, quis iura incepsit, & artes,
 Postquam cum galea, clypeoq; & acinace, & hasta,
 Ceu Cadmea seges, subito caput extulit aruis.
 Sol oculus vitæ, ius rerum: Astra aq; dextrâ
 Sustinet equato geminas examine lances,
 Seu sit inops, seu sit locuples, vis illius ecce
 Est tanta, ut fures quoq; ducant esse colendam:
 Mutua tela mouent, nisi iusta sorte trahatur
 Præda, petit a manu, ius, seditionis auaros,
 Vulgi animos dictis regit, ac fera pectora mulcet:
 Fœdera ius sancit: ius legibus oppida fundat:



lus modulo rebus litem discernit, & agris
 Quod sacra seruat honos; quod obit sua munera dignè
 Quisq; cuncti stimulum virtute quod inter honestos
 Præmia, suppliciumq; nefas domat inter iniquos;
 Quod pede meretur res commutatio certo;
 Quod bona cuncta vigent; quod ciues ocia ducunt;
 Omne hoc iuris opus, celo assuante fauorem.
 Cumq; mare, obijcibus ruptis, inuolueret undis
 Totius orbis opes sub limine solis utroq;
 Vertice salua Themis Parnassi oracla tenebat,
 Undarumq; immunis erat: quæ deinde docebat,
 Quæ damnum arte foret generis reparabile nostris,
 Incluta salua Arete, quæ cursus optima fleclis,
 Dum vis tota viri dignam se Numine fingit;
 Dum ratio vinculis, & carcere corda coërcet;
 Dum se stirps hominum tenet ordine, mutua sumit,
 Donat, vendit, emit, locat, obligat, vsibus aptat.
 Iam verò quia laus est maxima legis, & æqui
 Laude adit astra simul! defensor legis & æqui:
 Ex adytis Themidos qui scit responsa referre;
 Quiq; sacre Legis data sula sequendo capeffens,
 Verba magistratus ligat ære minantia fixo;
 Quiq; vt sit gemine custos, vindexq; tabellæ
 Legiferi, ductor populi laurus ense reuincit;
 Ac prohibet, lucum ne rostro sollicitet sus,
 Umbram captat vbi Pietas, Musæq; Themisq;
 Ergo suum Iouæ cultu persolueret sanctè
 Munus ama, regiq; suum, qui Numine frenat

Dante tenet. nec erit, mentem vt tibi cultus vringz
 In diuersa vocet, ledasq; hunc, si colis illum
 Mens operata Dei vacat in mandata colendo:
 Membra iugis externa ducis submittimus. aula
 AEtheris aeterno versat de munere curam:
 Sollicitant regem vitæ bona danda caduce.
 Regna Deus Verbo tutatur, acinace princeps.
 Præterea precibus, pietate, fideq; sacrisq;
 Intemeratus honos colitur, quem Ioua reposcit:
 Sed, quod opus debes regi, fit mente, fit ore,
 Fit factis aliter. nam par est (quando Creator
 Fata ita sortitur, hic vt regat, ille regatur)
 Magna magistratus ne sit tibi gloria parui;
 Pro duce neu spernas dare vota, & dicere laudes
 Pendere neue neges Paci, Martiq; tributa.
 Si quoq; non semper constans per leue seueros
 Effundit iunctura vngues; te parcere oportet
 Offensæ, & vicium non fastidire superbè.
 Sunt mala iuncta bonis: nec, inertia pondera propter,
 Erroresq; ducum, fas est, vt in arma ruamus,
 Vrbisq; omnis furij surgat, calefacta tumultu.
 Sæpe in criminibus culpa heret maxima nostris.
 Quare onus orando pius, ac tolerando leuabit.
 Redde duci sua: redde Deo sua: recta patraisti.

H E M O R .

H Æ M O R R H O V S A
C H R I S T I B E N E F I C I O S A
na: & lairi filia rediuiua.

Quo, Phœnissa, metu te proripis. vrbis alumna
 Peneada ad fontem, cui riuum sanguinis annus
 Alter ab vndecimo siccauit? cuncta videntem,
 Tene latendo putas post turbas fallere vultum?
 Se tactum esse fide, virtutemq; inde profectam,
 Ecce refert Christus: trepidanti parce timori,
 Confessasq; manus tende. optabasie sacrata
 Cycladis a tergo limbum contingere dextra?
 Et fore credebas, mox imo vt vulnere sanguis
 Staret ab actu? potitur fiducia voto,
 Quam vocat in lucem Deus. ergo, ô femina, mente
 Te recipe, & tibi quæ Christus responsa det, audi:
 Filia mactæ fide; cruor, illius igne repressus,
 Sistere nunc fluxum tibi cœpit; abito leuata.
 Nil quoque destituat te spes, laire, precantem,
 Nuncius extincta quamuis tibi vulnerat aures
 Prole: foueto fidem: defunctam vitæ reuifcet.
 At quid luctifico conspirant cornua captu?
 Presica, quid mæstis vlulant plangoribus ædes?
 Ista auferte: dies non vlla hic funera ducet.
 Nympha capit requiem, nece libera. Numinis expers
 Turba, quid hanc naso vocem suspendis adunco?

R 3

Nempe

Nempe Dei Verbum iocus est, risusq₃ profane,
 Quam non Aura docet sacra, turbae mortis imago,
 Christe, tamen nihil est tibi, quam sopor: atq₃ sepultus,
 Et somnum capiens, numero ducuntur eodem.
 Testis vterq₃ parens, Zebedaeoq₃ creati,
 Et Petrus: ipse manum tenuisti namq₃ prehensam
 Virginis, haec addens: tibi dico puella, resurge,
 Nec mora: defectos sanguis nouus imbuit artus.
 Tantum pondus inest dictis, quae satur Iesus.
 Viuit Abras, viuit Iacobus, viuit Isacus
 Illius ante oculos: pius omnis deniq₃ viuet,
 Puluis erit licet, atq₃ cinis: nec fecius olim
 Nos caput e tumulo viuam tollemus ad auras.

CADAVER ET A- QVILA,

Angulus omnis habet luctum, lacrimasq₃, metumq₃.
 Pallorem ore frequens telluris ducit ab umbris
 Luna, at Sol terris vicine ab imagine Luna:
 Arua minas tollunt mugitibus, atq₃ tremore:
 Inq₃ dies Stygius dirum caput altius effert
 Hostis, agens comitatu Odium, Pestemq₃, Famemq₃.
 Sanguineus clypeo Mars increpat, atq₃ furentes
 Bello immitit equos, horrendumq₃ intonat armis:
 Et flagrans aciem direxit vbiq₃, tumultus:
 Mittuntq₃ indicium supreme cuncta diei.

Diluuio

Diluuiò at miscens effundat in aquora terram
 Tempestas licet, & cœlum loca soluat in ima,
 Ac subito emotus procumbat cardine mundus:
 Nulla tamen leto Christi diuellere sanctos
 Vis vsquam poterit complexu, seq̃ gregare.
 Sed super exanimum velut ales regia corpus
 Inclinat cursum radentibus aëra pennis:
 Sic quoq̃ Christigena venient & Christus in rnum,
 Instar enim est aquila pius: estq̃ cadaueris instar.
 Dum, passus mortem, tumulo succedit, Iesus.
 Vig̃, agit altus iter misso per inane volatu
 Rex auium, penitusq̃ fugam sub nubila tendit,
 Credere se pennis ausus, cœloq̃, Ioui q̃:
 Mente ita concipimus terrenis astra relictis,
 Et nubes fidei penetramus ouantibus alis,
 Audemusq̃ pedem Iouæ conferre, timore
 Deposito, ac geminas acies, Hyperiona contra,
 Fert aquila immotis vt vultibus, inuia lustrans
 Non aliter pia mens aciem protendere acutam
 Nouit inaccessæ penetralia lucis in alta,
 Vni habitata Deo trimoq̃, oculosq̃ paternum
 Inserere in pectus Iouæ, & deprendere curas
 Illius, vnigena duce: iusticiaq̃, corusco
 In sole intentis defixa obtutibus heret.
 Hæc quoq̃, ceu volucris contemnit fulminis iras,
 Nec petit hanc trifido tempestas ignea telo:
 Haud secus ira Dei penetrabile mittere parcit
 Fulmen in electos, post Nati scuta latentes.

Deniqꝫ, ceu prædam petit ore cadavera circum
 Præpes adunca louis, pressumqꝫ, cui sercat anguem.
 Pugnantiqꝫ, tenax figit ceruicibus vngues:
 Sic, tibi conuinctis, letissima pabula præbes,
 Christe, pijs & ij, te bella inuicta mouente
 In caput anguinum, nequeunt amittere palmam.
 Res igitur quocunqꝫ, cadent, nil fœdera rumpet.

VITA ÆTERNA.

Nunc nunc Christigenum portum tetigere carinae,
 Imponitqꝫ, dies optatas summa coronas
 Puppibus, haud casus visuris deinde marinos.
 Atria cœlicolum pandunt occasus, & ortus,
 Et geminus mundi cardo: altaqꝫ, buccina cantu
 Iudicium vocat: & promissa, min. eqꝫ, supremam
 Exhibuisse fidem viuentibus, atque sepultis
 Ecce parant: redditqꝫ, homines patefactus ad auras
 Campus, & ossa cauo se marmore viuida promunt,
 Corporibus conferta suis, renouataqꝫ, membris.
 Formula decreti recitatur: adeste, fideles,
 Quis Pater ob Natum dixit bene: regna tenete
 Leticie æternæ. procul at, procul este profani,
 Quos incredulitas diris sua deuouet: & umbras
 Terribiles, umbras Erebi, & loca mersa profundo
 Sulfureo, ac flammis, & regna, vlulantia planctu,
 Præcipiti lapsu petite: hac se iactet in aula

Vobiscum

Vobiscum Satanas, stabulentq; gementia monstra.
 Nec mora: damnatos Orco sua pœna coërcet,
 Exitus vnde datur nunquam. ac si ducat ahenum
 Infragilem pectus vocem, & centena resoluam
 Grandibus ora sonis, numero non omnia possim
 Nomina complecti, prauos quibus vrget Auernus.
 Ast in porticibus cœli accipit ampla beatos
 Regia: nec vita decus immortale future
 Vnquam oculis potuit quis vestigare, vel hausit
 Auribus, aut valuit mente vsurpare sagaci.
 Signa tamen Vates, Christus, socij; dedere.
 Non hic exanimis posuere cubilia cura,
 Non pavor, & luctus, non pauperiesue, malumue
 Vllum aliud: pleno fonte intemerata perenne
 Fluminis agmen agit, diffundens corda, voluptas.
 Quis Deus in se sit, discensus, & vsq; tuente
 Illus hœrebunt infixi pectore vultus;
 Nec, vidisse semel, sat erit; sine fine negabit
 Expleri pia mens, ardescensusq; tuendo:
 Pesq; dabit choreas, vox carmina, brachia plausus.
 Iusticiæ sancto quog; succedemus honori:
 Et sponsam ad solium Genitoris sistet Iesus,
 Præsignem facie rugis, maculisq; carente,
 Et cultu egregiam; cui murice pectora velat
 Sanguine tinctus honos Agni, coma purior auro
 Inuoluit tergo, curuatum fronte pyropo,
 Chrysolithoq; tumet criminale, & candida bysso
 Syrmat is illudit candentibus instita talis.

Corporis eximij referemus imagine Christum,
 Forma ignominia ceu reddebamus Adamum;
 Et sponsus petet amplexus, imbutaq; melle
 Oscula consorti, qua respondebit amore,
 Non finita dabit, spirans incendia corde
 Ex imo, & fidei dans argumenta serena.
 Cœlesti hospitio cum diuis iungere dextras
 Atque inter superos audire, & reddere voces
 Colloquio dabitur incundo, cumq; parente
 Credentum Abramo, cum nato, cumq; nepote
 Ambrosia extractis fungi inter gaudia mensis,
 Et nullo dulcem metiri tempore vitam.
 Muneris, ac operis diuini aspectus, & vsus
 Leta voluptatis dulcedine pectora tanget:
 Namq; senectutis diuturna, auoq; labantis,
 Exuuias ponet terræ orbis, & ætheris axes;
 Et nouus extundetur honos terræq; polisq;
 Et facies iterum nemoris noua surget Edenis
 Solq; nouos agitabit equos, & lumine campos
 Vestiet vberius, tempestatesq; fugabit.
 Omnibus Vltoris manus hostibus vltima mittet
 Funera; nec referent isti amplius arma rebelles.
 Naturæ vicium, carnisq; licentia praua,
 Et quæ seruitio miseros peccata premebant,
 Subiuga mittentur: mentem haud indagine cingens
 Illecebræ mundi: spirantes triste tyranni
 Non circumfissent facibus, ferroq; sacros:
 Vnam iudicio Legis non ira mouebit:

Pectora

Pectora non morsu verm̄is rimabitur agra,
 Mens̄ue dicam impinget nobis malè conscia coram
 Iudice: non Satan̄as varijs immittet habenas
 Exitijs, ponet̄ue plagas, vel in arma parabit,
 Irasci: calamus Mortis non audiet arcum
 Felle nigro manans, aut nos petet hasta cruenta.
 Vulnere: non morsum fauce exercebit Auernus.
 Lux vna excidio dabit omne ex hostibus agmen.
 Denique prosperitas, in se teres, atque rotunda,
 Excipiet toto nos asse in regna vocatos:
 Et nos Ioua, bonum summum, cumulabit abundè.
 Diuitijs, & erit Deus vnus in omnibus omnia,
 Et sua quemq; satis fors lato in honore locabit.

Tibi Chriſte, Rex & Ponti-
 fex, sit gloria.



AVCTOR

AUCTOR DE OPERE.

MVsa exegit opus sacrum, Iouæq; dicatum;
 In cuius laudem celebrandam ars nostra vacare
 Præcipue debet. quod opus si maxime gratum,
 Carminis auctor, habes, vt habes, ac semper habebis:
 Atra mihi Inuidia sunt ô sunt toxica tanti?
 Liuor, iners cum sit, stringit bona vulnere passim,
 Ne videatur iners: ac plus huic detinet aures
 Stridenti stipula, contempto carmina Tmolo
 In truijs solutus disperdere, semicaper Pan;
 Quam Phæbi diuina chelys, tum felle virescit
 Pectus, vt haud nequeat voces iactare nefandas.
 Qui bonus est, Domino grates agat ille sacrata
 Pro cithara, & mecum moderetur pectine chordas.
 Qui malus es, penitus tibi limasse Mineruam
 Cor sentis, primùm tractatis lumina figas
 Sedulus in rebus, pensesq; examine cuncta.
 Dein oculis obiecti monumenta probati
 Romulidum, quod præcipuus tulit arte Poëtas:
 Quippe mihi hi formant, ceu par est, vocibus ora,
 Certa lege tamen, communi limite præadam
 A cunctis conuecto quidem, passimq; petuntur
 Exiuit AEGYPTI: sed in his iubar exerit vnus
 Præ reliquis auctor, totog; est vertice supra,
 Et, velut orta dies, hebet at fulgoribus astra.

Tan-

Tandem adhibere manum melioribus incipe dandis.
 His actis, aliena feces, vrasq; : licebit.
 Me tamen esse hominem nō is, cui danda sit æquæ
 Pars veniæ, vt cunctis mediocribus, imò supremis.
 Parce probis verò: neq; enim manus improba tactu
 Fumificas vrsi nares impune laceffet.
 Hactenus Inuidiæ respondimus, ingruit ecce
 Nunc alius, cui nec Maro tantum in carmine ridet,
 Quantum Pacuuij, Lucilij, & Accij, & Enni
 Saxa, lutum, salebræ, squallor; nec præmia tantum
 Virtutum et atis cultæ, quantum mala prisca.
 Fac versum, vt situs prograxe ausit mœnera apisci
 Te antiquai linguæ, atq; vnicum amicum habeas vt
 Endo foro horridus tali: plausum ad sidera tollens,
 Hic vir, hic est, dicet. contra huic diceris ineptus.
 Si cum Virgilio, Nasone, alijsq; patente
 Versus inoffensum transmittet limite cursum.
 Lausne tibi est veterum parui? excipit ille vicissim.
 Si quis amans veterū est, ego sum: sed (credo) nunquā
 Dulce Platonis erit mihi gibbum effingere gestu:
 Præq; rudi etatem seculo non postpoto cultam,
 Vt nec præpositum virtuti crimen habebo.
 Nam velati lucum, mage religionē verendum
 Quam specie, veneror, sed eum via nulla profanat:
 Sic quoq; primorum vestigia pronus adoro,
 Sed via non teritur mihi publica gressibus illic.
 Me decet, vt gemmam, prisca chelyn ostentare,
 Inculcare vetor: tum corpus malo decoro

Ferre,

Ferre, grauiq̄, gradu, quam passu incedere inertis,
 Ac trahere incisus vestigia languida neruis.
 Præterea vultus alijs offerre serenos
 Malo, supercilio quam tristi astringere frontem.
 Molliciem vitas: vicia in contraria curris.
 Fabricium vultu præfers: euadis arator,
 Et personati fastus te regula fallit.
 Porò vt diuitijs, sceptriq̄, & honoribus anteat
 Romulidum Augustus veterum regesq̄, ducesq̄;
 Secla sub Augusto sic flore nitentia picto
 Haud sibi laude sumunt æuam certare vetustum.
 Liberior numeris quoq̄, parco, & durior esse,
 Ni me vis adigat, vel ni sententia poscat,
 (Spem virtutis ibi viciosa affectat imago)
 Aut ni me satyræ dedam. Sic annis abundante
 Exit aqua; gressus claudo tardi torquentur;
 Carpere præta volante fuga pes integer ardet;
 Monstrum horrendum, auidum, imo actum Orco,

(Hecate atq̄, Erebo ortum)

Est numero execrandum ipso; ruit Oceano Solis
 Et specus infernum surit horrisono vlulatu:
 Multaq̄, præterea res exigit, arte per ipsum
 Declaranda soni positum. Nec denique curo
 Cuiusdam in rigidam transire imitamine formam,
 Quem sua laus manet ex alijs, sua quemq̄, priorum
 Inscribit Vatum facies: huic carminis ales
 Meonij, huic elegi dulces, huic barbitus, atque
 Sermo cum satyris, huic sese epigrammata debent.

Horum

*Horum igitur modulo reliquos dein metior omnes,
Imo quoque hos ipsos, aliena laudis auaros.*

Quae bona sunt, capio : quae sunt fugienda, relinquo:

Nemo mihi est tanti, fauor vt declinet amissim.

Hec sunt, quis adigor causam ad peruersa tueri

Iudicia : at quicumq, leges ea, candidus esto.

F I N I S
HVIVS OPERIS,

quod autor feliciter absol-

uit Anno CHRISTI,

M. D. LXXVII, Aetatis

verò xxx.



PAVLI DIDYMI
 CARMINA
 GRADIVM
 XV.

*Carmen Graduum I. quod
 in ordine Psalmorum est
 CXX.*

COgor in angustum, grandiq; hostilia mole
 Sape in me cuneū dant castra: sed agmina fundit.
 Maxime ter Ioua, cuncta auxiliaribus armis
 Teq; fugam teneo, portas prebente patentes:
 Nam mea thura focos exoraūere sacros.
 Nunc verò, bellis truculentior, ingruit horror
 Fraudis, & edentis verba execranti a lingua,
 Liuorisq; mihi crimen singentis iniquum.
 Ne mihi sit mala lingua malo, qua perditā nostrā
 Imminet exitio vitæ, munimina presta;
 Nec patere, in fraudes vt casibus induar herens.
 At tu, cui dolus est curæ, estq; calumina cordi,
 Quem fructum hinc capies? quo dono augeberis inde?
 Premia non prestat facinus: damna, improba damna
 Das tantum innocuis. Nam guttura, tincta veneno,
 Instat

Instar habent iaculis quod acuta cuspide fulgens
 Fortiter adducto contorsit dextera neruo:
 Ignis item, qui iuniperum depascitur, instar.
 Illa mihi heu terris interdixisse videntur;
 Illa mihi heu pontum simul obstruxisse videntur.
 Cogar vt horrificis animam committere siluis
 Mesechi, vitamq; lari mandare vaganti
 Kedaris. ô quando lucem Sol late reduces
 Qua me corripiam, sceleratq; tecta relinquens
 Triste iter euadam, seuam expirantia flammam
 Inuidiaq; odijq; & amica inimica quieti.
 Est semper mihi pax in pectore, semper in ore:
 In nostri excidium ferrum penetrabile contra
 Vsq; acuunt hostes, seq; exhortantur in arma.

Carm. Grad. II.

Tollor egens opis in montes, perq; ardua late
 Prospectum peto luminibus; si sortè patronus
 Optet confugium trepidanti aperire clienti.
 Arcem in conspectu nullam; quò brachia tendam,
 Vt misero auxilium castris effundat apertis.
 Te, Deus, ergo salus mea proside pendet ab vno,
 Cui mare, cui tellus, cui sese lucida debent
 Astra Creatori Seruatoriq;. sed ager
 Te quidnam afflicta anime? vt via lubrica gressum
 Effundat, terramq; vt prono corpore plangam,

Non finet omnipotens : quem nostri cura fidelem
 Sollicitat ; cui nox haud condet lumina somno.
 Quem penes est gentis sanctæ custodia, Ioua
 Perpetuis noctes insomnes ducere gaudet
 Excubijs, noctemq; oculis haud accipit vllam.
 Iouæ in tutela lateo : dextræq; ministrat
 Obtentu hic vmbra, ne vel me Solis iniquo
 Torreat igne dies, vel noctem irroret inertem
 Noxia Luna meo capiti, defendet hic omnes,
 O anime, exitium nobis : spe vota foueto.
 Incolumem Dens vsq; vias finet ire, redire :
 Inq; gerenda suum res omnis Nomen habebit.

III.

O gratam famam : roseo prospexit ab ortu
 Festa dies, quæ nos in templa Sionia mittet,
 Sacra peracturos: cantu pecudumq; cruore.
 Ergo soluturi vota ibimus? ibimus, adem
 Voce petituri leta, & pia dona daturi.
 O salve Vrbs Solymium, saluete Morija tesqua :
 Legit Ioua sacris hic sedem; hic illius arma
 Hic quoq; currus erit. fluit hæc ad limina plenis
 Stirps diffusa vijs, magno Isræele creata;
 Sacraq; more facit patrum, ac prece thuris odorat
 Aethera, persoluitq; Deo per carmina laudem.

Hic

Hic augusta Themis leges describit. & equum
 Reddit ius populis; folioq; extructa corusco
 Scepra gerit forti Maieſtas regia dextra.
 Quisquis es, ore faue, Solymea proq; salute
 Sollicites Numen prece; latâq; suscipe vota,
 Nunquam vt Pax placitis excedat prospera tectis.
 O salue Vrbs iterum, cunctas regina per vrbes:
 Numinis hic domus est; hic reges scepra tenebunt;
 Hic genus arua colit, mihi pacto & sanguine iunctum;
 Fausta pijs igitur tibi vocibus omina condo.

IIII.

AD te, rex superum mitissime, lumina tendo:
 Affer opem. obseruans in vultu vt seruus herili
 Lumina fixa tenet, nec se declinat ab illo;
 Vt famula obtutus ab hera non dimouet vsquam:
 Sic etiam vultu defixi haremus in vno.
 Ioua, oculis ad te sublatis, donec amicum
 Te nobis tribuas voti faciendo potentes.
 Da miseratus opem, precor: est cooperta nefandis
 Opprobrijs Pietas, dictisq; illusa superbis;
 Hostilisq; bonos prece detestantur iniqui
 Actumidi, celso qui sidera vertice pulsant.



SI foret absq; Deo; se quippe salutifer affert
 (Præuia verba sono creti Israële sequantur)
 Si foret absque Deo; se quippe salutifer affert,
 Hostis vbi, imbelles contra, consurgit in arma:
 Turba fera in nostris dentes conferre parasset
 Corporibus, morsu, rabidorum more leonum,
 Viscera diuellens; aut demersisset in aluum
 Fortè etiam viuos: tanta aestuat ossibus ira.
 Iamdudum torrens quoq; nobis, impete præceps.
 Inuoluisset aquis caput, & clausisset in vndis
 Vitales super ora vias: quin omnia passim
 Iampridem obrueret seui alta licentia ponti.
 Ac tumidis vastus stagnaret fluctibus orbis.
 Gratia lausq; Deo sit; quo prohibente, malignus.
 Haud capere optatæ potuit spectacula prædæ.
 Nostra leo incassum strinxit vestigia fauce,
 Prædæq; frustratur prædentes aëra morsus
 Vanaq; vis vndis in nos immisit habenas.
 Vita equasit id mortis loca turbida vise.
 Sic volucris plaudit pennis, vbi, noxia rumpens.
 Lina, fugam eripuit: vincla insidiasq; terendit
 Aucupis ars vanas, & eum sua cura fefellit.
 Nos leuat auxilio cœli terræq; repertor,
 Sub pede cuncta suo cernens vertig; regiã.

Cuius

VI.

Civis opes & spes immensis in præside mundi
 Sunt sine fine sitas sine fine in mole sua stat,
 Infragilesq; animos in pectore versat ad omnem
 Fortuna euentum tempestatisq; procellam:
 Ceu tenet immota se uole Sionia latis
 Arx imposta iugis, quæ ventum ac turbini iras
 Nimborumq; minas contemnit, & incita nimbis
 Agmina torrentis despectat, cuncta trahentis.
 Vt sibi turritas muro circumdedit arces
 Vrbis Solymùm, obijciens munitas aggere portas;
 Sic quoque Ioua pios munimine vallat in orbem,
 Circuitum vt vana Mars impius arte pererret.
 Sacratam imperio gentem & crudelibus armis
 Non poterunt hostes per secula cuncta tenere:
 Ne forsàn, si fors ostendet nulla salutem,
 Spem pia corda suam damnent, ac denique cedant
 Fracta malis, & opïs nihil esse querantur in astris,
 Morte fugentq; metum necis vltro fata vocantes.
 Subsidio sanctis & amantibus aqua subito:
 Ad penas verò sceleratos iuste reposce
 Arbiter. alma pijs faciat Pax oçia terris.

VII.

Quando Sion gressum referet Babylonis ab oris,
 Et captus remans clamore paterna secundo



Rura salutabit, nec dein Iordanius amnis
 Euphratis sub iura fluet: simulacra geremus
 Sopiti, cui nox ludentia somnia misit;
 Et se quisq; fide maior: a videre putabit.
 Ore ibi tollemus risus, & ouabimus alto.
 Gutture, iactata cum plausu ad sidera voce:
 Atq; resultabit late nemus aruaq; cantu.
 Tunc etiam populi, quos admiratio tanget,
 Hec secum: Abramidae sunt Iouae in numine; voluens
 Ille vices, duris mollissima fata rependit.
 Talia voce ferent, nec eos sententia fallat:
 Nam genus Abramidum Iouae est in numine verè;
 Tristibus hic fatiis letissima fata rependit.
 At Domine, vt quondam merso alma Pharaone gentem
 Libertas respexit Abrae, gressumq; Canopo
 Incolumis per iter maris extulit illa direnti:
 Sic quoq; libertas da nos optata reuisat.
 Vtq; Notis feruent spirantibus omnia nimbo,
 Et glomerant amnes de montibus agmina lapsi:
 Sic redeundo domum via ferueat omnis, & ingens
 Mœsta & leta vices peragunt: qui semina mandat
 Terrae cum lacrymis, huic inter gaudia flauis
 Sepe comis fortium tellus cum fœnore ponit:
 Non aliter lacrymas per barbara fecimus arua
 Sementem; at bona sors opulenti mergite culmi
 Horrea distendet nobis, in regna remisit.

VIII.

NI Deus ipse opifex attollat turribus arcem's
Conatum artificis fors irrita vertit in Euros.

Ni Deus ipse vigil defendat mœnibus hostem's
Insomnem excubijs tuba ducit inanibus horam.
Absq; Deo, frustra te prima opus inuenit Eos
Vigentem, antè diem stratis vertendo relictis:
Absq; Deo, frustra duro inuigilare labori
Te videt accendens nocturnos Hesperus ignes's
Ac sine fruge diem curis noctemq; fatigas.
Cuius Ioua rati Zephyros aspirat amicos,
Et bene cui dicit: faciles huic noctis in vmbri
Insinuabit opes sopor, artus cordaq; mulcens.
Numinis est etiam soboles memorabile donum,
Mente vigenz membrisq; valens: hæc impete certat
Missilibus, valido qua tendit strenua cornu
Dextera, ter felix, iaculis cui talibus aucta
Est pharetra: eueniet, nato vsus vt ille patrono
Difficilem teneat rigido sub iudice caussam.

IX.

Felix, qui timidus Domini, qui cultor honesti
Tendit iter Iouæ, nec ab hoc vestigia flectit.
Terra labore tuo culta, assiduoq; subacta



Vomere, fundet agris facilem letissima victum;
 Nec spes effusum frustrabitur hausta laborem
 O iterum atq; iterum felix: augebit ouantem
 Prole thori consors, ac reddet imagine vitem:
 Vnde vigens palmes crescendo hortatur habenas,
 Atque racemiferis interit fertibus vltimos,
 Estq; vt oliua iugis decori, quae silua coronat
 Frondea: si decori soboles erit, illaq; flore
 Circuitum mense stipata intendit amæno.
 Tantum Ioua sui cultoris cæpta secundat.
 Quin te dona manent maiora: Sionis in aede
 Exigere et aeternam dabitur tibi resq; perennem
 Induet in florem tibi sese publica ciui,
 Et natis natorum, & qui nascentur ab illis:
 Seclaq; mitescent, & Pax colet vtilis arua.

X.

Intulit arma mihi iuuenilibus hostis ab annis
 (Excipe voce sonos & redde Israël eosdem)
 Intulit arma mihi iuuenilibus hostis ab annis
 Sæpe: sed ecce leues Dominus dispersit in auras
 Vota tyrannorum, nec us iter astra regebant.
 Vertimus heu tergum plagis: & vt imprimat altè
 Bos sulcum, vt grauius terram infectatur aratri
 Agricola, ac domitis ope vomeris imperat aruis:

sic

Sic mea crudeli versabat membra flagello
 Hostis, & immensis inscripsit corpora sulcis
 Plagarum, & dorsum quasi proscindebat arando.
 Ioua manu at rumpens vibicis lora cruenta,
 In dulcem asseruit nos libertatis honorem.
 Stet pudor ante genas sceleratis, versaq; mandent.
 Terga fuge, quibus Vrbs diuini conscia sacri
 Est odio, excidijsq; placet petuisse Sionem.
 Culmina qui tecti vestit, sint cespitis instar,
 Sab saxo & sterili nam deserit humor arena
 Surgentem, ante manus quam ferro tondeat herbam;
 Messoriq; grauis nulli redit inde manipulis
 Dextra domum, & nullus facit ore ita vota viator:
 Salue leta seges: blandi indulgentia cœli
 Umbre tibi semper vires ac sole ministret.

XI.

E barathro in cœlum clamorem tollo profundo
 O Ioua: ô Ioua querulis aduertito mentem
 Vocibus, ac dictis adhibeto precantibus aures.
 Si rapies in ius seruum, atque mouebitur vrna,
 Et digno trutinæ pendes examine noxas:
 Candida quem culpis quemnam sententia soluet?
 Causam iudicio nimirum nemo tuetur.
 Sed bonus es, parcisq; iræ, veniaq; paratum.

Te

Te geris : exorata patent tua numina crimen
 Confesso, iustus quoque sis licet : inde timeris.
 In te suspiro, te spes mea figitur vno,
 Te desiderium sermone oculisq; requirit :
 Nec , quibus ad muros cecidit custodia sorte
 Nocturna, & vigili portas statione tenendas,
 Votum ita concipiunt, vt Eoos euocet ignes.
 Lucifer, vt lucis tardantes euocet ignes.
 In Dominum, Isacide, spes omnes congere solum :
 Nam se propitio largum tibi prestat amore,
 Et veniam indulget prauis mitissimus ausis ;
 Exemptumq; malis, & pœnæ iure solutam
 Annuit ætherio te ciuem adsciscere regno.

XII.

Iuste timore tui vultus animosq; Creator
 Demitto, nec spes affecto corde superbas,
 Aut me magnifice sublimibus effero verbis.
 Vertice sublato volui cum celsa ferire
 Sidera; cum fustus effudi frenâ profani,
 Nec mentem sacris studii componere iussis :
 Me fors heu pueri depulsi à lacte gemenda
 Exceptit, pueri nutricis ab ubere rapti,
 Nil nisi qui matris dulces suspirat amores.
 Tam miser est, cui non adhibet solatia Verbum.

Quisquis

Quisquis es Abramidum, tumefactis ergo caueto
 AETHERA concipias animis, vel in aëra fundas
 Verba superba, tuis benefactis sisus & orsis.
 Te gere submissum, Dominoq; aduoluere supplex
 Poplite, teq; ipsum damna; ac spes omnia ponat
 Numinis in gremijs. spes, quam pia vita locandam
 Abdicat in meritis, te destituisse recusat.

XIII.

Mente tibi subeat, diuum pater atque hominum
 Isaides, seu is iactatus sepe periclis. (rex.)

Ecce suum, Isacidum vindex o maxime, iure
 Jurando obstrinxit caput is tibi, votaq; fecit
 Religionis amans, hæc cum promissa dedisset:
 Sedibus augusti succedam haud antè palatii,
 Languida nec referam securus membra superba
 Antè thoro, vt dulci declinem lumina somno:
 Quam mea cura locum ponende optauerit aræ,
 Fundandamq; sacris sedem conclusero sulco.
 Ecce potens autem prædiuitis vberè glebæ
 Ephratæus ager loca designauit aratro;
 Aspectansq; Sion felices arbore siluas
 Tempa polo eduxit sublimibus auroa tectis.
 Ergo frequens letos hanc nos via ducit ad adem,
 Prociduoq; aram veneratur poplite quisq;

Inq;

Inq̄, preces tales animoso ascendimus ore :
 Te pede, Ioua, tuis dextro penetralibus infer,
 Et sedem capiat sibi conscia foederis arca.
 Sintq̄, sacerdotes adyti tutela sacrati
 Labe carens, donisq̄, adolens altaria ritē.
 Et caput augustum, te dante vigentis habenas
 Quod regit imperij, successibus affice plenis,
 Exitijsq̄, arce: tua nam promissa reposcit
 Dauides, oratq̄, fides vt dicta sequatur.
 Nec verò promissa fidem tua fallere norunt,
 Aut fata Isaidē sinis, ere incisa, moueri.
 Pollicitis graue pondus inest, nec foedera ledis.
 Excipiet (dixti) Scep̄tris Dauidica gentem
 Progenies, stabitq̄, diu res integra regno.
 Ac si posteritas dictis pactisq̄, manebit,
 Iura timens, quae sanxi, ausis temerare nefandis
 Omnia regnantem per Hebr. eos secla videbunt.
 Me toto orbe magis coluisse Siona iuuabit :
 Hic sedem statuam mihi gratam: hic poscere fata
 Sacrorum antistes poterit, manifesta reportet
 Vt dicta ex adytis: hac se iactabit in aula
 Vox mea: currus erit nostri hic Mauortis & ensis,
 Hic quamuis auido, parebunt arua colono;
 Persoluetq̄, fide centuplice credita tellus:
 Atq̄, caput circum per agros aget Annus honestum,
 Floribus & spicis & fronde simulq̄, racemo
 Tempora vineta gerens: hic nulla habitabit egestas.

Ritē



Ritè sacerdotum fungetur munere curâ,
 Incensiq; sociis iustos imponet honores:
 Leticiaq; animos pia gens ad sidera tollet.
 Virgulta hic radix iterum Iesseia fundet,
 Arbor vt ad caelum felicibus exeat umbris,
 Frugiferam tollens viridi de cespite siluam:
 Hic faxo, vt noctem funalia lumine vincant,
 Vtq; ministret iter nostri trepidantibus Vncti
 Aurea fax, radijs iuga primum Ephratëia lustrans:
 Denique turpe caput confusis tegmen obibit
 Hostibus, ac fœdus pudor ora maligna notabit:
 At grauida gemmis redimitum auroq; corona
 Christus, honore nitens, caput inter sidera condet.

XIIII.

Quantum ð ecce bonũ, quàm res ð nectare tincta:
 Inter vbi studij consortes atque propinquos
 Gratia firma coit, concordia pace ligatõs
 Et veniam indulget fratri per mutua frater.
 Auram ita iucundam preciosum hand spirat oliuum:
 Quod Syria nemus aut tempe Hierichuntina mittunt:
 Id licet Aaronis propexam in pectora barbaram
 Proluat, ac stillet de crine in cycladis oram,
 Diffusisq; domum perducatur odoribus omnem:
 Illabefacta tamen melius Charis afflat odores.
 Præterea teneris non est ros gratior herbis.

Ambros

*Ambrosij manibus quem ruri inuergit aprico,
 Hermonium bigis seu pulset siue Sionem,
 Aurora, & saltus reficit quo solibus ystos.
 Ecquid erit verò precij? concorditer euum
 Ducentes, paciſq; pia confundere foedus
 Fraternaliter veritos donis cumulabit opimis
 AEtherius fanor, & magna inter premia ducet.*

XV.

O Tu, cui Domini cura est delubra tueri,
 Perfungiſq; ſacris operando ſimulq; docendo:
 Tolle age laude Patrē diuinum, & conſume labore
 Nocturnum in ſtudio Verbi, conſume diuinum.
 Dumq; fauent chordis per amica ſilentia noctes
 Dulcia concordent impulſis carmina neruis,
 Argutoq; canens modereris barbita plectro.
 Brachia ſancta polo tende: & pro Legis honore
 Inuigila precibus, proq; arce Sionis & aris.
 Sic tibi rex dicat bene, terris cuius & vndis
 Subiectoq; patet ſine ſine potentia caelo.



PAVLVS

PAVLVS DIDY

mus Torgensis

DE

PRIMA HEBDOMADE

seu

MUNDI HOMINISQVE

ortu & huius lapsu.

Florida iam rursus veris se tempora pandunt,
 Et Zephyri tepidis mulcetur flatibus aer,
 Depulsamq; hyemem sub terras egit Apollo,
 Ac blando gelidum recludit lumine cœlum,
 Purius & radijs vestitur terra. solutis
 Liquuntur niuibus cani de rupibus amnes,
 Et grato liquidas voluunt cum murmure lymphas,
 Brumali in glaciem qua frigore nexa steterunt,
 Flumina: secundi rumpunt se nubibus imbres,
 Prataq; parturiunt, laxantq; tumentia leni
 Arua sinus vento, putris & se gleba remittit:
 Gramine pubescunt campi, halant floribus agri,
 Palmes agit gemmas, viridem rudis arbor honorem
 Explicat, inq; novos credunt se germina soles:
 Ore sibi nidum tignis suspendit hirundo,
 Seq; refert tardis ad nota ciconia pennis
 Culmina tectorum, noctemq; diemq; fatigat

T

Dulci



Dulcisonas iterando loquax Philomela querelas:
 Luxurians auido rondet viridantia morsu
 Rura pecus, latus & depresso cespite fultus
 Ceratam vplio labris percurrit auenam
 Inter oues: redeunt defuetis ofibus ignes,
 Corporaq; in Venerem volucres armenta q; soluant;
 Et spumat dulci quoque largius vbera muletra:
 Submittit bos colla iugo, ruptamq; colonus
 Impiger impresso terram molitur aratro.
 Sparsaq; proficis committit semina glebis:
 Fluctibus insultante salum rate nauta lacepsit,
 Et ventis dat vela, minasq; haud increpat ether,
 Stantia precipites nec voluunt equora venti:
 Lusibus exercet varijs freta mitia delphin,
 Gaudet & ingentem saltu transmittere puppin:
 Phæbea radijs ardet sub lampade pontus,
 Et placida mirantur aquæ, miratur & omnis
 Nereidum Phorcig; chorus vada lumine tingi,
 Et piæis tremulas sulcari nauibus vndas:
 Vngue metunt læta flores per rura puellæ,
 Et compta impediunt nexo sibi tempora seruo,
 Ac pedibus plaudunt choreas, carmenq; sonora
 Voce mouent, agitantq; iocos: sub sole frementes
 Quadrupes cursu quatit, & luctantia duris
 Temperat ora lupis, docet & glomerare superbos
 Pars iuuenum gressus, & aquas superare citato
 Et truncos saltu, & certos pede carpere gyros:
 Gramineo celeres pars versat puluere currus:

Retia pars tendit, saltusq; indagine claudit,
 Latratuq; feras turbat: pars cursibus arua
 Metitur: plenos funda pars verberat amnes:
 Pennigera inflexo pars tendit spicula cornu,
 Lethiferæq; agit at volucres formidine penna.

Talia dum fiunt, salicis sub tegmine fusus,
 Propter aquas, pulsabo lyram, Phœbumq; ciebo,
 Bisq; trium versu dicam monumenta dierum,
 Qui primi tenerum viderunt surgere mundum,
 Inuictumq; simul malesuadi damonis eheu
 Fraude malum. Sacris par est intexere chartis
 Facta Creatoris, cantusq; huic ore mouere,
 Dulcibus & varias numeris intendere chordas,
 Gratæq; multiforo meditari carmina buxo:
 Deq; hominis mira deq; orbis origine latos
 Ipsa movent versus iam dicere tempora: Nanq;
 (Credo, fides neque vana) dies quoq; Veris ierunt,
 In circumfuso simul aëre terra pependit,
 Oceaniq; vagum sola fluctibus æquor obiuit,
 Inpendensq; incinxit humum complexibus ather.
 Tu verò ò supreme Parens, ò patris imago
 Et Verbum; ò veniens amborum ex ore Fauni,
 Semper honore triplex, & semper numine simplex,
 Interitus simul ac Deus ortus nescie, cuius
 Orbis opus: mihi sis, oro, felixq; bonusq;
 Te sine nec numeris te condere digna, nec aptis
 Verba potest mea te pedibus sine neçtere Musa:
 At verò centena mihi det soluere Numen

Ora licet dictis, & abenis rumpere fortes
 Pectoribus voces, omniumq; Heliconis alumni
 Non renuant huc ferre pedem, Phœbumq; laceffam,
 Seu ruat Oceano, seu lucem condat Apollo:
 Esse tamen minimè satis ad præconia sperem
 Diuina bonitatis ego: Nam sine teneri
 Abnuis, haudq; Deo minor est, cepisse nec orbes
 Quem cœli, nec humus valet. Est nihil imò, suavis
 Quam bonitas, quicquid sator est terræq; poliç,
 Nilq; nisi est bonitas, quantus quantusq; Bonorum
 In partem iussit motus bonitate venire
 Terrigenas, diuosq; simul, flammaq; decenter
 Distinctis genios accepit sedibus æther,
 Terrestres campis homines locupletibus horti.
 Artificis quoq; structa prius solerte steterunt
 Tecta manu, rubro quam Vir caput extulit aruo,
 Et pennis vacua nitendo pependit in aura
 Angelus, & cantu Verbi celebravit honorem,
 Quo constat, sola quicquid habent, & quicquid Olympi.
 Principio terras & aquas locus vnus habebat,
 Et non discreti nebulosa volumina cœli,
 Pugnatumq; simul genitæ alia semina rerum.
 Nullus adhuc mundum lustrabat lumine Phœbus,
 Nullaq; nocturnæ solari cornua Lunæ
 Complebant radio sese: vis nulla rotundum
 Aethera torquebat: fluctu mare littora nondum
 Pulsabat: viridi nondum mons astra petebat
 Vertice: per campos nondum flos letus hiabat,

Aut fructu grauida pandebant brachia siluæ,
 Pontus vbi & tellus, illic erat ignis & aer,
 Surgebantq; elementa inter contraria pugna,
 Et tenebrosa rudem caligo tenebat abyssum;
 Sacratuſq; vagas super æquore Spiritus alas
 Librabat, calefacta animans, exclusa fouere
 Ales vt oua solet. FIAT lux, deinde Creator
 DIXIT: & ecce noui rutilos mox luminis ortus
 Inducit iubar, ac noctis se dimouet umbra,
 Incipit & labens procedere temporis ordo.
 Lucida multorum pictas simul agmina pennas
 Spirituum per inane mouent, circumq; coactas
 Autorem glomerant turmas, & iussa capessunt,
 Dantq; manu plausus, choreas pede, carmina voce,
 Et: Sanctus, sanctus, sanctus ter es optime, terq;
 Maxime (proclamant) Deus, vne & trine, stupendum
 Qui nomen Sabaothis habes. tibi gloria magne
 Sit genitor, cuius nullo ceu tempore duxit
 Principium, sic non cadet vlllo tempore numen.
 Quod cupis id potes ipse: tua est nam posse voluntas:
 Quod loqueris, fit: opus simul & vox editur, alta
 Non, quod es acturus, prius est versare necessum
 Mente tibi: es semper, seclisq; cris omnibus idem,
 Seraq; te canis ætas non occupat annis.
 Non te tempus habet: presens tibi semper it æuum.
 Totus es integritas, totus sapientia, totus
 Iusticia: es bonitas totus, dilectio totus,
 Pax totus, totus requies, totusq; voluptas.

Laus tibi sit nullis VERBUM enarrabile verbū.
 Quod propria genuit par instar imaginis, intus
 Se lustrans animo, se in semet mente reflectens,
 Acuum ante omne pater. licet & sis editus alta
 Mente patris dicendo, tamen non extitit ante
 Te sator omnipotens, aut tu genitore fuisti
 Posterior: ceu, quæ iussa est modò surgere, spargit
 Lux radios, nec hys prior est tamen: extulit vna
 Se prima cum luce iubar. Nec numine maior
 Te pater est etiam: magno tu numine es æquus.
 Parq; patri: Summo fuit, est, erit omnibus vnum
 Numen idemq; cui tibi cum genitore. Creatum
 Per te cum tellure, maris cum gurgite cælum
 Extitit, & per te cunctis addentur honores.
 Imperiūq; Parens finem ceu nescit & cui,
 Sic regno vitæq; tuæ non terminus heret.
 Nec non sancte decus tibi sit simul Halitus: ardoq;
 Mutue: perpetui fornax & sones amoris,
 Qui Patris Natiq; pari cor sœdere vincit:
 A genitore simul flans atque propagine Numen.
 Cuncta sator condit tecum: creat omnia tecum
 Progenies: indis vitam, impendisq; calorem.
 Numen idem semper tribus est vnumq;: potestas
 Vna tribus: tribus vnus amor: pariterq; voluntas.
 Vna tribus: natura eadem tribus vnaq;: iustè
 Tergeminos Deus vne tibi largimur honores.
 Talia dum celebrant cantu, decedere prima
 Vsa dies, & nox cæcis emerfit ab undis.

Disposse

Dispositam hinc Verbo rerum diuināq; repertor

Congruentem secuit, rudibusq; exemit aceruis
 Aethera, multiplicesq; poli versatilis orbes
 Suprema nullis suspendit in arce columnis.
 Proximus aethereis aër leuitate locoq;
 Ignibus est; illic nubes consistere iussit,
 Humentesq; Notos, & agentes nubila Cauros,
 Humanasq; metu stermentia fulmina mentes.

Ecce autem, ante alios roseo spectabilis ore,
 Dux superum imperij cæco raptatur amore,
 Insanoq; tumens fastu diuina recusat
 Iussa sequi: nec ei socij pauca agmina iungunt.
 At pater omnipotens torfit iactante trifurca
 Tela manu, victosq; animis & vana tumentes
 Sub tenebras Erebi flammato turbine adegit.
 Sæpe ita, cum Boreas gelido sese extulit antro,
 Impulsum rapida peruerit inane procella,
 Incumbitq; fremens, pulsasq; per aethera nubes
 Insequitur: totoq; fugam dant nubila cælo.
 Inferniq; polo deiecti horrenda sub antro
 Vincula gerunt, nec ijs vnquam cruciata relinquit
 Pectora iudicij metus intolerabilis: olim
 Quod feret eterni sata regis mente propago,
 Cum patre perpetuas qua rerum versat habenas,
 Et terras ditione tenet, cælumq; fretumq;
 Altera iamq; dies pelagi se condidit amne.
 Post exiuit aquis inculto corpore tellus,
 Et mundi in medio sedem sibi legit & imo

Ponderibus librata suis: diuinaq₃ mirè
 Orbis in integram glomeravit dextera formam.
 Lata sola, & pelagi, fluctus voluentia, circum
 Aequora diffudit: multisq₃ anfractibus ingens
 Ambijt incinctam, curuaq₃ coërcuit vnda
 Gurges humum, validoq₃ hinc obijce clausit & illinc.
 Extendi incipiunt campi, subsidere valles,
 Et caelo montes scopulosa cacumina tollunt
 Inde, & frugifera superas nituntur ad auras
 Verticibus siluæ, & viridanti culmine nutant.
 Nec non graminibus pulcrè vestitur & herbis,
 Pingitur & naris vario oblectamine tellus.
 Purpureus rupto tenerum Narcissus amictu
 Detegit hinc caput, & tenet altrè colla papauer,
 Et subito ad frondes nemorum se subijcit alitè
 Implicitis tumefacta cucurbita ventre flagellis:
 At geminum rosa cum violis decus explicat illic,
 Et gremium argento plus candida lilia pandunt,
 Rosmaris & latè cum nardo iactat odorem.
 Hiq₃ pyra aspectu morsum inuitantia pendent,
 Ac varijs mali pomis onerata remittunt
 Brachia, quæ nitido vincant conchyle rubore,
 Et quæ luteolis certent flauedine calthib:
 Illic balsameum sudant arbuta liquorem,
 Roscidaq₃ arboreo stillant de cortice mella,
 Pulcraq₃ multiplici pubescit vinea fetu.
 Obliquas calamis quog₃ pratexentia ripas
 Voluuntur resonare per campos flumina lapsu,



In laticem sub humo dum frigore cogitur aër:
 Et scatebra erumpunt sese, fontesq; lacusq;
 Qui partim sorbentur agris, se gurgite partim
 Condentes pelagi pro ripis littora stringunt.
 Tertia nox fuscis terram hic amplectitur alis.

Dein vagus Eoo Sol æthere lampada tollit;
 Et celeri magnum curru metitur Olympum,
 Ac sibi subiectis præbet noua lumina terris.
 Perq; bis vt senas cursum contenderat horas,
 Virgineos effert mox Luna argentea vultus,
 Humidaq; integro gelidum dat lumen ab ore,
 Obscurisq; vices per noctem seruat in vmbriis.
 Accendit rutilos cælo simul Hesperus ignes
 Astrorum, & geminus pulcro distinguitur axis
 Ornatu. Latus sociata per astra secatur
 Limes in obliquum: & quater hic tria sidera pascit:
 Arietis auratas spargentia cornua flammæ:
 Tergaq; conspicui septena Pleiade Tauri:
 Et duplex signum; & calidi rubra brachia Cancri:
 Rumpentemq; æstu cum Virgine rura Leonem
 Chelasq; obliquos minit autem & Scorpion ictus:
 Cunnq; Sagittifero Capricornum vndasq; gerentem,
 Crebraq; soluentes in rorem nubila Pisces.
 Alatere expertes surgunt hinc æquoris Arcti;
 Has fluuij in morem sinuosis flexibus inter
 Labitur, & quino pulcre fulgore notatum
 Ad caudam magnæ caput Anguis porrigit Vrse,
 Plaustra sequentis habens formam stat deinde Bootes.

A tergo posita iacit aurea gemma Coronæ
 Splendorem: curuq; genu vestigia figens:
 Et colubri variata manu qui colla tenere
 Cernitur: ac nerui Citharæ: cumq; Alite Cepheus:
 Cassiope: Vector: Perseus: Aquila ignea: Telum:
 Pegasus: Andromade: Delphin: Deltoton. At inde
 Obliquo nitens mucronem attollit Orion
 Corpore: quem Procyon flammam ore secutus anhelat.
 Quiq; siti torret, raptis humoribus, arua
 Sirius: hunc autem lassato corpore nunquam
 Curriculum sedans Lepus, & simul excipit Argo
 Littora iam tangens: tum dorso extenditur Hydrus,
 Erigit & sese Chiron, seq; excitat Ara,
 Et latè radios splendentia Pocula iactant,
 Que Coruus post ore petit: se deniq; Piscis
 Porrigit, & Pistrix immania terga resoluit,
 Eridanusq; sinum pandit. Sol omnia verò
 Tempora cum Luna regit: & nunc cornua Phœbe
 Induit, integrum rursus nunc alligat orbem,
 Atque reuertentes plena vi colligit ignes.
 Sol at vbi primos cursum reuocauit ad ortus,
 Purpureo insignit nubes Aurora colore,
 Disiecit & sparsa nigras fulgore tenebras,
 Prataq; ros inuat, ac stellas quasi Lucifer albo
 Clarus equo fugat, & statione nouissimus exit.
 Iamq;halat nebulas tellus, & flumina voluunt
 Cum pelago fumos, raptisq; vaporibus altè
 A stellis & Sole simul subtextitur æther.

Dissultantq; polo fremitus, & murmura miscent,
 Horrisonusq; crepat fragor, atque ruente cidentur.
 Concussa tonitru nubes, & fulmine ruptæ
 Flammissero cælum percurreunt lumine rimæ.
 Diuersis etiam ventorum impellitur aër
 Flatibus, Auroræq; trucem domus accipit Euum.
 Ore serenato sese igneus halitus effert,
 Et letus siccas iactat per inania pennas:
 Non variant macula vultum: semperq; salubri
 Incumbit terris, & flores educat aura
 In pratis, multumq; arentia nubila torquet.
 Proxima sunt Zephyro, quæ decedente tepescunt
 Sole, loca: Hic, tepido suffusus lumina rore,
 Flammine mulcet agros, & lenia frigora spirat,
 Textaq; ludentes vario de germine ferta
 Impediunt crines, & plaudunt molliter ala.
 Horrifer Arctoam Boreas inuadit at oram,
 Ingenti concreta riget cui frigore barba,
 Et coma duratis stat vertice cana pruinis,
 Flantq; gelu nares, ac voluunt murmura fauces.
 Et rigido nix sparsa iacet cum grandine tergo.
 Omnis eo abruptis horrescit silua procellis
 Spirante, & sonitum saltus montesq; remittunt,
 Pratisq; arboribusq; sui rapiuntur honores.
 At tellus habitanda Noto contraria cedit:
 Cui pluuijs coma fusæ madet, nimbiq; calente
 Precipitant mento: cui rorida tempora densæ
 Inuoluunt nebulae: cui nubes lumina circum

Caligant, & hebent aures, & plurima torquet
 Sæpe caput vertigo: pigris qui tardus it alis,
 Vndantesq; hyemēs agit, & caua nubila rumpit.

Aequora mox pellunt pinnis ac flumina pisces,
 Et varijs placidas exercent lufibus vndas.
 Nubiferos vastæ montes imitantia mole
 Spumanti horrifonos Balenæ pectora fluctus
 Proscindunt, frontis per & ampla foramina reddunt
 Absorptum vomitu pelagus: lasciuis & altè
 Delphinus celeri sese dat in aëra saltu:
 Et, cetos imitata salum quoq; naribus efflat,
 Mugitusq; truces dat Phoca informis: & instar
 Marmoreæ tollit per aquas arrecta columnæ
 Corpora Phyfeter, multoq; os turbine anhelat:
 Et longo gracilis scindit freta limite Pristix.

Præterea liquidas pennis nituntur ad auras,
 Cognato ex vndis genitæ cum pisce, volucres.
 Fluminibusq; auium sese pars credere gaudet,
 Et pedibus pendere vado, fluuiog; lauandum
 Obiectare caput, blandog; insundere largos
 Sub Phæbo latices humeris: pars gestit opaca
 Cantibus argutas sub fronde inflectere voces:
 Pars latebras vestigat: ouat pars gutture: ducens
 Pars iter in gyros prædam circumspicit: inter
 Se pars vulnifici decernit acumine rostri.
 Cum niveis lato dat anas in flumina cygnis
 Se iactu: vitreo corpus simul inicit anni,
 Et mergit caput, & sparsum ceruice liquorem

Nunc

Nunc anser recipit, prona nunc desluit vnda.
 Aethera vocali Philomela carmine mulcent,
 Et concinna loquax rauco modulamina cornix
 Garritu, & nemorum rumpunt conuicia pica.
 Multa sonant & aues, nostrae quæis vocis imago,
 Et virides plumæ, & croceo litæ rostra colore.
 Ingluuiæ insignes vmbriis nigrantibus horrens
 Lucus onocrotalos tegit: antraq; bubo frequentat;
 In sletum longas noctu ductura querelas:
 Quaq; ferunt aquilas ad campos æris alæ,
 Præcipites quatiunt pennas per inane columbæ:
 Senaq; cum miluo confert certamina coruus.
 Excutiens cristas, aduerso Sole, rotatæ
 Sidera miratur caudæ gemmantia pauo,
 Lumina deformes donec demittit ad vngues.
 Huc illuc aciem protendit ab arbore vultur,
 Si qua videre queat, sedeant quæ gutture grata:
 Seq; leuis ripas alis & littora circum
 Librat, & incautas mergus petit oræ natantes.
 Sextaq; iam radijs tenebras disperferat Eos;
 Matura reuoluta dies & luce ruebat:
 Quadrupedes miro cum partu iussa repente
 Terra dat, atque seras siluis immittit & agris.
 Terribiles pennis gryphes inga celsa sequuntur,
 Et magnis validas agitant clangoribus alas.
 Stat medio leo rex nemorum, gaudetq; comantes
 Excutiens ceruice iugas, impulsaq; vasto
 Aura furit fremitu; cauat atra cuniculus antra:

Nitun-

Nituntur pedibus montis sub culmina dama:
 Acer agit leporem cursu vulpemq; molossus:
 Arboreas mutant frondes saliendo sciuri:
 Agna pauet: toruo barrhorum corpora visu
 Rhinoceros obit: in latebras se conicit vrsus.
 Collectum voluens sonipes sub naribus ignem
 Luxuriatur equus, flauisq; insultat arenis,
 Et varios sinuat gressus, ac verberat auras
 Calcibus, atque iuba ludunt per colla per armos.
 Terga hirsuta fricat, ferus ore, sub ilicibus sus,
 Et sparsa per humum dentes in glande fatigat.
 Precipitis saltu capricornus vertice rupis
 Se iacit in valles, & fulcit molliter vnco
 Membra leuis cornu: celsiq; in cornua cerui
 Prata fuga carpunt, densatoq; agmine velox
 Quadrupedante citata solum quatit vngula pulsu.
 Lasciui teneris luctantur frontibus hœdi:
 Bos herbas vaga carpit agris: in prælia tauri
 Frontibus incurrunt, & inertia vulnera miscent.
 Quid? quod agunt lasus culices: glomerantq; coruscum
 Agmen apes, magnasq; trahunt per inania nubes:
 Et gracili rexens deducit araneus arte
 Fila sibi: versantq; atro se puluere vermes.
 Impendensq; è nube super non irrita promit
 Dicta Deus, radijs ardenti lucis & auro:
 Crescite, per totamq; genus diffundite terram.
 Tandem, compositus limo sapienter, Adamus,
 Vitam asslante Deo, sese in femur attulit ecce,

Nudus

Nudus membra, genas roseus, vestitaq; flatus
 Tempora, florentisq; insignis honore iuuenta,
 Auctorisq; animo similis prudente bonoq;
 Nomen & a gleba trahit, e qua ducitur ortus.
 Perpetuoq; sator dat ei terramq; fretumq;
 Imperio premere, & subitis fidentia pennis
 Agmina, cumq; seris pisces ditione tenere,
 Et quacunq; sali fert monstra sub equore gurges.

O salve mihi, prime parens, qui Numine summum
 Gessisti tribuente decus. cum prole Creator,
 Cunnq; Vigore sacro (quibus vnum numen & equum)
 De te fingendo non dedignatur habere
 Consilium: (sine quo cum terra extunditur ather:)
 Parua Dei in te nec vestigia pandit imago.
 Mens patrem, Natumq; animus, Flatumq; voluntas
 Recta refert, quam nulla tibi comescit habena.
 Es rerum finis, caelestum es meta laborum,
 Deliciaq; & amor Domini, Dominiq; voluptas.
 Datq; Deus mortis tibi conditione vacare,
 Imperioq; maris simul aruorumq; potiri.
 Grataq; venisset lustris labentibus etas,
 Qua, numero inserto superum caeliq; vocato
 In sedem, tibi dein vita immortalis iisset.
 Felix, o nimis felix cum stirpe suis, es,
 Et tua non vllus rupisset gaudia luctus,
 Si tecum pacto mansisset firmiter vxor;
 Nec mali vetitos per cor traxisset amores:
 Post igitur tetrus animi flexere ruinis

In vetitum sese, & mentes sepsere tenebra:
 Pugnantesq; Deo vertuntur pectore sensus,
 Illud & impurus vocat in contraria motus:
 Tum stimulus vertit scelerum sub corde libido,
 Turpis & indomitos amor implicat ossibus ignes.
 Tu vero, cuius fastum prae cordia sumunt,
 Terrigenum gens, pone animos, statusq; remitte,
 Sisq; memor, sese vnde tibi demittat origo.
 Nec poterunt ortus obliuia magna venire,
 Dum vaga coridie terra vestigia ponis,
 Corpus homo gerit vnde: solo tua lumina fige.
 Quod tibi membra dedit. Cur tanta superbia vana
 Corde tumet, cum sint tua nil nisi corpora puluis?
 Vultum ad purpureos cadem quoq; deijce flores,
 Quos, Zephyri laxata auris, Phaeboq; remissa
 Vere nouo, per prata solet submittere terra:
 Nam flori es similis, picto qui tollit in horto
 Versicolor sub sole caput, placidumq; sereno
 Lumine dum caelum nitet, oris seruat honorem:
 Sed languens cadit, omnis vbi ruit imbris ether,
 Aut vbi turbatas concurrunt saeva per auras
 Praelia ventorum, vel pubes rustica quando
 Herbida dentatis rura insectatur aratri.
 Salue iterum iam prime parens, de sanguine cuius
 Decin populi vastum tot surrexere per orbem.
 Est nemus, irriguis vbi late Edenia campis
 Se tendit plaga, quam primos super ingerit ortus,
 Exerit aquoreo cum lampada gurgite Phaebus.

Conse

Conserit hic radijs æther purissimus agros,
 Præstantes nec opes vllum magis educat aruum.
 In medio vitæ petit astra cacumine lignum:
 Aereas sese quod iuxta agit arbor ad auras,
 Noticiam prauæ præbens rectiq; datura
 Hæc erat exitium fructus carpentibus arbor:
 Illius at fœtus aluo quicunq; dedisset,
 Huic nec sparsisset gelido candore senectus
 Casariam, vultum nec ruga senilis arasset,
 Cessassent validas artus nec carpere vires.
 Præterea vitreis per campum argenteus vndis
 Quatuor in partes ruit & discurret in ora,
 Et per inundatas fons torquet flumina terras.
 Septeno Phison, æstu sola torrida circum
 Heuile, assurgit fremitu, sub gurgite cuius
 Cœrula sappheirus ponti, flammamq; pyropus,
 Chrysolithusq; imitans aurum fulgore, superbit.
 Aethiopum latus sulcant vada Geonis oras,
 Plurimaq; illius nutritur in amne papyrus,
 Et multus crocodilus aquas ac littora seruat.
 Assyriam Tigris lambit, qui prouocat auras
 Cursibus, atq; greges, qui pennis æra findunt.
 Vicinum Euphrates vndis amplectitur orbem.
 Huic superus dominum Pater horto imponit Adamum.
 Dumq; latus molli iuuenis deponit in herba,
 Quæ gelidas hirsuta comis pyrus explicat vmbra:
 Numinis horratu, dextra leuaq; frequenter
 Stant pecudes circum placide, rabieq; tumentes,

V

Et per-

Et pennis volucres supra caput aëre pendent,
 Atque salutantes refono dunt carmen ab ore.
 Quæq; ambita mari fert cunq; animalia tellus,
 Conueniente viri prudentia nomine signat.

Fertq; dein lento per agrôs vestigia passu
 Et siluas spaciatus homo, stillatq; ruptis
 Balsama corticibus, plenisq; fluentia riuûs
 Vina sunul, nectarq; faui, myrrhæq; liquorem,
 Germinaq; & saltus cum fructibus admiratur,
 Graminaq; & nullo natos de semine flores,
 Scindentes & aquam pisces, auramq; volucres,
 Miriaq; omnigenim truculentaq; secla ferarum,
 Et tam diuerso varias in corpore vitas,
 Innotaq; vices variantia sidera lege.
 Nec satis est vidisse semel: inuat vsque tueri,
 Et laudes celebrare Dei, cantusq; ciere.
 Responsant nemus & fluij, sonitusq; resultant,
 Leticiaq; fremunt, vocemq; sub æthera iactant.
 Carmina dicenti blanditur murmure lucus,
 Culminaq; accuruat flexis sublimia ramis:
 Exiliunt, viridiq; alludunt vertice montes:
 Indulget placido Zephyri leuis aura susurro,
 Lenibus & ducunt laticem stridoribus amnes,
 Ac fremitum nitido dant stagna virentia muscos
 Applaudens agiles magnis clangoribus alas
 Quæssat anis: blandam preterexit floribus vmbra,
 Concutiensq; sinum vernos humus afflat odores.

Hæc inter, qui cuncta suo sub Numine torquet,

REX

Rex pater: vt sit homo solus, non expedit: inquit:

Illius lateri mulier societur oportet,

Qui cum perpetuos ducat feliciter annos,

Et fiat quoque prole parens. Nec plura moratus

Mandat, vt in tenero componat cespite somnus

Corpus Adæ, & densa nocte obruta lumina soluat.

Ad gelidam longis submota recessibus Arcton

Stat specus, irriguo sedes habitata sopori.

Frigida nox cæcis intus circumuolat umbris,

Halat & humentem tellus laxata vaporem:

Nec tenebras pellunt radij, seu, lucida cogens

Sidera, purpureo nubes Sol inficit ortu,

Et nitidum vehit axe diem: seu spargit vtrumq;

Oceanum iubare, & medios agit æthere cursus;

Sine diem clauso properat componere cælo.

Perpetuo rupes agit alta silentia, primæ

Quæ nec lucis aues vocali gutture rumpunt,

Nec fera, nec venti, moti nec flamine rami.

Riuus aquæ curuis per humum sed flexibus errat,

Et crepitante vadum somnos inuitat arena.

Nulla fores claudit sera: surgit ad ostia passim

Herba soporifera, & multi sine nomine flores.

Pullus at in medio sese thorus erigit antro,

Languentes recubans vbi somnus subleuat artus,

Præcinctus gelidam bicolore papauere frontem,

Pax animi, requies rerum, curæq; leuamen,

Suauius exhausto qui mulcet fracta labore

Corpora per terras. Iuxtaq; extenditur arbos,

Luxurians latè ramis, per brachia cuius
 Somnia multiplices herent imitantia formas:
 Tot numero, conuexa vebit quot sidera cœlum,
 Et quot alunt virides vasto rubra littore iuncos
 Aequora. Mox stratis Somnus se corripit autem
 Ipse sibi excussus, cœcag, è rupe vocatus
 Agenio, ad fluiuium Gangis vestigia torquet.
 Phisonium malus se subijciebat ad annem
 Alta caput, truncumq, teres, de vertice cuius
 Guttare vernabant volucres, & lata cadebat
 Umbra: & iam medium cœli Sol hauserat orbem,
 Saxaq, per labens gratos dabat vnda susfurros.
 Hic iuuenem fuscis arctè complectitur alis,
 Membraq, propter aquam requie per gramina laxat
 Somnus, & in multam condit citò lumina noctem.
 Dumq, ita fufus humi somni vir munera carpit,
 Diuinusq, sopor toto proflatur ab ore:
 Costa viro surrepta (Dei sic mente voluntas
 Sederat) in formam se virginis induit ecce,
 Et nata coëunt lateris mox vulnere carne,
 Vlla nec infusam rumpunt tormenta quietem.
 Non hac deinde magis nympa spectabilis vnquam
 Est data fenineo vita sub lumina partu,
 Aethereo quâ terra patet porrecta sub axe.
 Virginis eximium toto decus enitet ore,
 Et gena purpureos albo dat mista colores,
 Ceusi sanguineo quis ebur violauerit ostro:
 Marmoris instar habent leues eboris hie lacerti,

Collaḡ,:

Colla^q₃: certantes caltha cerele capilli
 Inuolit ant humeris, penè & vestigia verrunt,
 Diuinumq³, simul spirant de vertice odorem
 Ambrosiæ, letiq³, oculis afflantur honores:
 Compositus gracili calicem sub pectore venter
 Aequiparat, surgensq³, sinum tumor excitat aptè.
 Lacteus, atq³, onychem vincunt albedine crura.
 Sub pedibus ridet tellus, & gratia mire
 Subsequitur, quacunq³, mouent vestigia plantæ.
 Plura quid? in cunctis amor excubat artibus. omnes
 Quis verò dotes animi quis carmine dicat,
 Quas capere haud mentis iam coniectura valebit?
 Soluitur vt somno, pulcraq³, in virgine sigit
 Lumina Vir, subitam succenso pectore flammam
 Accipit, & subdit castos amor ossibus ignes,
 Taliq³, exemplo sese os in verba resoluit:
 Tu de carne mea cavo, tuq³, os es osse puella,
 Ergo viri in nomen post fœmina qualibet ibit.
 Vnum ambobus erit corpus, mens vna: nec vnquam
 Excutiet vestri cura ô concepta Parentes
 Fœdera connubij. Sic fatur letus, & imo
 Pectore fixus amor magis ac magis æstuat intus,
 Expleriq³, oculi nequeunt, & suauia ferre
 Totus anet, tereti³, innectere brachia collo.
 Nec non virgineis arsit manifesta medullis
 Flamina quoq³, & labefacta calor per corda cucurrit:
 Nigrantem rutilo velut ignea tingere nubem
 Lumine rima solet, quam mota tonitrua rumpunt.

Mox verò cœunt amborum in fœdera dextræ.
 Hancq; Deus lato vocem dat pronubus ore:
 Quos iungit Dominus, nulli soluentur amores.
 Crescite, & in cunctas vestri ius porrigat oras
 Imperij sese, domitamq; animalia vestro
 Ceruicem dent cuncta iugo, quàm machina lato
 Se mundi vobis habitanda sub æthere pandit.
 Sic vbi fatus erat, sociæ captata maritus
 Impedit amplexu colla, oreq; basia libat.
 Cumq; polo plaudens hymenæum terra celebrat.
 Altera post quintam se cœlo aurora mouebat,
 Purpureoq; sacræ lucis iubar axe vehebat,
 Conditæ qua requiem mundi post tectâ petiuit,
 Et voluit grato laudem sibi carmine ferri,
 Omnia sub pedibus cernens vertiq; regiq;
 Terrigenum diuinumq; sator: cum iura dat idem.
 Eiq; polo attentas vox talis fertur ad aures:
 Hec est magna dies, quam sanctam semper habebis.
 Semper honoratam: mihi nam dedit illa quietem,
 Arte laborauit postquam terrasq; polumq;
 Bisq; homini ternos operando condere soles,
 Figendoq; licet plantas, agrosq; colendo:
 Septimus at placitum superis per soluet honorem,
 Consuetoq; dies operi indulgere vetabit.
 Hoc autem repetens iterumq; iterumq; monebo,
 Ne mediæ vetitas quis dentibus arboris escas
 Occupet: illius fructum qui merferit alius,
 In caput istius regnum Necis omnia stabit

Per seclā. Hæc rapida cœlum vertigine torquens
Rex ait, & magno tremefecit sidera nutu.

Terrore hic gelidus coit in præcordia sanguis,
Dant & in ingentem sese mea pectora luctum,
Largaq; per vultum lacrymarum flumina voluo,
Ignescuntq; ira simul, & dolor ossibus ardet:
Dum subeunt fraudes Erebi, quæis turpiter actus
In scelus Edeno primus sese exiit agro
Cum socia, tantasq; Dei sub mentibus iras
Arrexit pater: vt cuncti peccata nepotes
Cogantur luere, & sæuas expendere pœnas,
Ex iusto superi nec corda furore residant
Ante patris, genibus supplex quàm brachia natas
Tendat, & infirmos hominis collectus in artus
Haud animam in trunco sæua dare morte recuset.

Sol medium torquens cursum collegerat æstus,
Perq; vagata nemus mulier dum frigora captat,
Purpureosq; legit flores, & carmina cantat:
Rex Orci, inuidiæ stimulus quem sæuus agebat
Immanisq; odij, torua exiit ora nefando
Fraudem consilio versare aggressus & astu,
Et pulcrā colubri speciem furatur, & ante
His oculos nymphæ sese cum vocibus offert:
O quæ te mulier, quænam dementia cepit,
Dicta Creatoris trepidanti vt mente reponas,
Qui, vetito vt morsum fructu auertatis, atroces
Incutit ore minas, quas non res vlla sequetur?
Par superis erit, hæc dentem qui fixerit esca:

Sed facile non fert similem Deus, inuidet ergo.
 Tuta times: carpas nunquam mala mala: quid hères?
 Non mox aure tibi dicta hæc sedisse pigebit,
 Et suauem illicita vulsisse ex arbore sietum.
 At mulier, dira sub pectore saucia cura,
 In varias animum partes rapit: anguis amica
 Pertentant dubiam verba hinc dulcedine mentem,
 Illinc cœlicolum monitus ac iussa recursant.
 Sic, vbi cœruleas in nubes cogitur aër,
 (Imbriferum Ver quando ruit) densat aq̄, pendent
 Nubila, nigrescitq̄, æther, cœliq̄, ruina
 Impendet: gelidas siccos laxata sub auras
 Terra salumq̄, simul fumos ac flumina mittunt:
 Luctantesq̄, agitata dein per inania venti
 Prælia diuerso vi multa à cardine tollunt.
 Humentem picea vultum caligine tectus
 Hinc ruit, & tepidis sese Notus incitat alis,
 Et tempestatem grauidis glomerare nigrantem
 Imbribus ex alto nubes collecta minatur.
 Frigidus Arctois illinc at surgit ab oris
 Horriferò Boreas flatu, & contraria torquet
 Bella furens, sequitq̄, feris stridoribus aër.
 Stat cœli in medio facies incerta, soluto
 Nec siccus pluias Aquilo sinit ethere rumpi,
 Dispergi madidus campos nec in aëris Auster
 Nubila permittit, validis hic flatibus horret
 Turbineam torquens hyemem: sed & ille furenter
 Insonat, haud fugiens armis incumbere contra,

Exer.

Exercetq; suas vrgendo praelia vires.
 Non secus hinc geminis curarum & iunditur illinc
 Fluctibus, & magno cor nymphæ carpitur aestu.
 Ad non concessos tandem fert brachia ramos,
 Pomaq; dat ventri iusso cum coniuge virgo,
 Fœmineis præbet qui stultè hortatibus aurem.

Hic nouus ingentem pudor ori subiicit ignem,
 Nuda vbi membra vident: & nexis frondibus ambo
 Impediunt femur, atq; fugæ trepidantia mandant
 Corpora, seq; abdiunt luco. At simul aëra Vesper
 Temperat, impulsis tempestas plurima siluis
 Incubat, atq; venit fragor, & vibratur ab alto
 Fulgor, & horrendo cælum furit omne tumultu,
 Et media iratus nimborum in nocte coruscum
 Fulmen agit dextra, & vasto Pater intonat ore:
 Heu, cœlestis vbi nunc est homo mentis imago?
 Væ tibi Adame, tibi coniunx, vobisq; nepotes.
 Sic ait indignans iterumq; immaniter æthram
 Increpat, & tonitru nubes quatit. altera deinde
 Excidit, atq; homini vox pœnam indicit & angui:
 Dirâ tuis scelerate cano ceruicibus anguis:
 Pulueribusq; immunda famem tibi terra domabit,
 Et per humum tardos longam porrectus in aluum
 Vsq; trabes orbes: nec proles Virginis vnquam
 Dein pacem geret, aut se tecum in fœdera mittet.
 Diuinus sed colla premet tibi fortibus Heros,
 Progenies Nymphæ, pedibus, morsusq; subibit
 Calce tuos iamen, vt vincantur Numinis iræ.

At tibi, capta dolis, totis dolor artubus vxor
 Ardebit, grauidata tibi cum viscera fetus
 Tendet, & ingenti solues discrimine partum.
 Præterea domini patieris iussa mariti,
 Cogeriſq; vno pendere illius ab ore,
 Eius & ad solum mores componere nutum.
 Infelix verò te propter terra iacebit,
 Qui mea blanditijs temerasti illectus Adame
 Iura, nec, aſſiduo niſi ſollicitata labore,
 Arua dabunt victum: ſurgent lappæq; rubiq;
 Sudantiq; tibi viles ſtimulantia culti
 Solabuntur opes ruris ieiunia, donec
 Te reddat terra necis inclementia: rurſum
 Pulvis eris, quia pulvis eras: culpæq; manebit
 Debita poena tua cunctos à ſtirpe nepotes.

Hæc vbi dicta, manu ſtriſtum rotat igneus enſem.
 Immittitq; fugam Cherubus mortalibus: vna
 Pellitur obſcœnam ſerpens iam ſtratus in aluum,
 Et lingua micat, ac longos dat corpore tortus.
 Mugitum ciet omnis humus, cautesq; tremiſcunt,
 Omniaq; horribiles fugientum rura labores.
 Terrigenum, & celſo miſerantur ab æthere ſtella.
 Præterit nigrante caput ferrugine Titan,
 Aſrorum decus, & lati ſax publica mundi,
 Triftis & Heſperio properat ſe condere ponto.
 Inſonnere Noti, tenebris & inhorruit æer,
 Et largas viſum in lacrymas ſe ſoluere cælum.
 Stant mœſti, gemitumq; trahunt ſtellantis alumnî
 Aetheris;

Aetheris: hos inter turbati hominumq; Deūm;
 Regnator luctus animi testatur & iram.
 Qui tamen inceptum submittit prole furorem
 Dante preces, & se victusq; volensq; remittit,
 Prosequiturq; homines venia, ius omnia quorum
 Debebat Mortis regnum per secula habere
 In capita, eternasq; vsto quos pascere flammās
 Corpore, quā Stygijs fornacibus ignis, anhelat,
 Par erat & diras sub pectore volvere curas.

Mox quoque felici sera non penetrabilis agro
 Additur & Stygiū rumpuntur claustra barathri,
 Et se fert superas atra cum Morte sub auras
 Rex Erebi: denso quem stipant agmine circum
 Tormentis lacerare pœnæ: & vix corpora Morbus
 Aegra trahens: lacrymisq; lauans velamina Mæror:
 Et ducens gemitum, ac rumpens suspiria Luctus,
 Pectora tum palmis tundens, vultumq; rigenti
 Vngue notans, rapiensq; comas à vertice Plangor:
 Corq; premens, aestuq; coquens miserabile Cura:
 Cinctaq; Fraus nebulis caput: & sudantia fractus
 Membra Labor: cuiusq; mina stant vultibus, Ira.
 Pauperiesq; simul male suada: horrendaq; tollens
 Mille polo Viciū capita: atque tremētia presso
 Membra leuans baculo, ac votis necis vsque Senectus,
 Fata vocans, cadit in pectus cui squallida longæ
 Canities barbæ, nec non Mars improbus, atro
 Fœdatus multum tabo, latiq; notatus
 Corpore vulneribus, serrog; timendus & igne,

Hei

Hei mihi, dant quantas terris hæc monstra ruinas?

Præterea nitidi florentia tempora Veris
 Contraxit, longumq; Deus dein quatuor annum
 Per brumam spacijs, & Ver exegit, & æstus,
 Frigoraq; Autumni. Gelidâ modò cana pruiniæ
 Hinc igitur iam stat tellus, & flumina cogit
 Acris hyems, cautes rumpit, sola frigore claudit,
 Spargit humum niuibus, seuo aëra turbine verrit,
 Nudatûq; suum siluâ populatur honorem,
 Et via tuta rotis sit, vbi ratis antè cucurrit.
 Arboribus frondes, campis modò redditur herba:
 Palmite gemma tumet: surgunt sat a: dulce volucris
 Per ramos latitans carmen meditatur: arundo
 Pastoris teritur labris: plena vbera vacca
 Demittunt: spumasq; annixus nauita torquet,
 Linteaq; intendunt Zephyri, terraq; recedunt.
 Nunc flauente seges campis se tollit arista,
 Incuruasq; vocat falces, & spicea messor
 Arua manu populat, candet seruoribus aër,
 Exercentq; sitim fauces, & pascua rores
 Resficiunt nocte, & tunsis gemit area culmis.
 Nunc quoq; de cassis sternuntur gramina pomis,
 Et redolens plenis spumat vindemia labris,
 Rusticus & molli redimitus tempora vite
 Dat motus incompósitos, ac carmina dicit,
 Pressatoq; pedes malè fert persusus Iaccho:
 Et calamo insidias pedicâq; volucris auceps
 Mollitur, veritq; iterum boue rura colonus.

Quid?

Quid? quodd' & arua negāt victū, quæ cūcta tulisset
 Sponte sua, & steriles campis dominantur auenæ
 Cum vepribus dumisq;, lupiq;, vrsiq;, iubentur
 Prædari, & liquidi reprimuntur flumina vini,
 Et mel decutitur folijs. Homo deniq;, totus
 Nititur in vitium, scelera atq;, pectore versat.
 Nec quidquam in melius speret quis posse referri,
 Donec, sortitus mundo fata vltima tandem,
 Cum cælo dederit totum Deus ignibus orbem.

Cum socia verò quæ Vir suspiria rumpit?

Quosq;, dat in luctus animum? & quam longa dolentæ
 Noctæ atq;, dies seuit sub pectore cura?
 Purpuream mæstis incendere questibus æthram
 Vidit eos, sese terris vbi reddidit Eos:
 In lacrymas illos etiam conspexit euntes,
 Quando peragrato iam Sol decessit Olympo.
 Non cantus volucrum, non, qui per saxa volutus
 Purior electro fluius petit arua, mouere,
 Non pecudum lusus animos, non soluere possunt
 Tristitia suaves præta exhalantia odores.
 Propitij promissa Dei mærentia mulcent
 Corda tamen, tristiq;, ferunt solatia menti.

Hæc autem geminos coniunx mala sustulit inter

Heua viro uatos (hoc fecit nomen Adamus
 Viuentum matri) & magnam spem corde secabat.
 Vitorem Satanae poscunt iam fata Cainum,
 (Læta ait:) hic Vir, hic est, qui nos in pristina reddet,
 Aurea per terras qui rursum secula condet.

Ille

Ille focis gratos superis imponet honores,
 Et pater omnipotens, hoc sacra ferente, benignam
 In nos accipiet mentem. at diuersa sedebat
 Aethereo longè regi sententia. Amantis
 Cura in primigena stat Adami tota Caine:
 Isq; colit patrias campis exercitus artes,
 Cumq; patre incuruis incumbere gaudet aratri,
 Imperat & ruri, ac versa dat semina terre.
 Sed frater custos pecori, & datur esse magister.
 Huicq; piam probitas mentem seruabat: at ille
 Veram de tumido pietatem corde fugabat,
 Et sibi diuinum spe præcipiebat amorem,
 Iusticiam propter vanam, ortus propter honorem.

Iam cita per multas repetitis tempora Phœbus
 Duxerat æstates annis: cum pinguibus ambo
 Sacra simul donis cumulant altaria fratres.
 Marmoreumq; Cain exquirat fruge per aram
 Cœlicolium pacem, & præcingit flore superbus
 Tempora, fertq; animum cœlo, & sic ore precatur:
 Facta tibi sacra dexter adi, semperq; petitur
 Da Pater auxilium, quoniam pietate meremur,
 Primigenæq; ingens gerimus nomenq; decusq;
 Sic ait: hæc autem non condidit aure Creator
 Vota, sed est odium cœlo testatus ab alto:
 Nullus enim spicas ignis diuinitus hausit.
 Ducit ouem, & cultrum iugulo supponit Abelus,
 Mucronemq; aries collo tener accipit vna,
 Ictus & in quassam claua procumbit humus bos,

Et densa imbutur latum pinguedine saxum :
 Ac talem supplex dat pastor ad aethera vocem :
 Seminis o ergo, Deus, irae parce, quod olim
 Grata libens, velut hic, tibi victima concidet, agnus.
 Nec mora : cum magno rumpit se flamma fragore
 Nubibus, & multum dissectis carnibus ignem
 Comprendit focus, atq; rotant incendia fumum.
 Terribilis furor hic fratri sub pectore surgit,
 Nec sese capit ira : velut cum robora pascens
 Suggestitur pleni costis Vulcanus, aheni,
 Exultant latices aestu, fumosq; vomentis
 Vis furit intrus aquae, canusq; exuberat amnis.
 Agrestiq; pius carmen dum tentat auena,
 Inter oves recubans, pastor, montesq; benignum
 Et silvas resonare docet regemq; patremq;
 Divum hominumq; simul : peragit crudelia dirus
 Fata Cain miseri, seuoq; hunc occupat ictu,
 Inq; cruenta moribundum porrigit alto
 Vulnere corpus humo. sed poenas ira poposcit
 Numinis, & multos homicidam erroribus agros
 Explere, & vacuis ignotum quaerere terris
 Exilium, vitam ac agere in maerore coegit.
 Maenia Nodaea fugiens componit in ora,
 Nomen & Hanocchi fingit de nomine nati.
 Impuroq; novam condit de sanguine gentem :
 Quae cecidit dein tota tamen, simul imbribus aucta
 Tellurem indomito presserunt aequora fluctu.
 Quis vero miretur adhuc, iam tempora multo

Crimina

*Crimine foeta trahi, scelerumq; incumbere curæ
Pectora, supremas nutans dare quando ruinas
Cum caelo parat orbis: Adæ cum prima Cainus
Peccati soboles ita sollicitetur amore?
Primigenium heu noxam, fraudes heu demonis, ambo
Quis capti illicitas fregerunt morsibus escas.*



PAVLI DIDYMI

Torgensis

CARMINA DVO

DE

NATIVITATE

ET

MORTE,

D. N. IESV CHRISTI,

*lapsus generis humani in
staurantis.*

I.

Puer natus ac Filius datus.

Nunc Iacobe a suos mouet ortus aethere stella,
 Purpureisq³ Oriens ex alto Ephrateidos ecce
 Montes afflat equis optatam lampada tollens,
 Atque diem Domini multo cum lumine ducit.
 Gens ergo ô hominum tenebris somnoq³ sepulta,
 Corripe membra solo; mentemq³ arrecta supinam.
 Luce coruscantes vultum vigil effer ad auras;
 Leticiaq³ piâs iacta sub sidera voces,
 Consciaq³ hunc tecum iuga cantum iterando volutens:
 Gloria sit caelo, pax terra, hominiq³ voluptas.
 Quidnam primigenis scelerate innectere fraudem

X

Anguis

Anguis, & humanas fundo res vertere iuuat?
 En tibi prædictis caput occupat ictibus Heros
 Virginis, ac cerno te sub pede vindice frustra
 Attollentem iras contritaq; colla tumentem:
 En nos ipse Deus nascendo in pristina gaudet
 Reddere, fortunata vocans in fata redemptos.
 Nunc cum Iusticia Clementia foedus ininit,
 Inq; vicem amplexus atq; oscula dulcia iungunt.
 Excubitorq; simul pendere, vomentibus ignem,
 Vltierius pennis Cherubus per inania cessat:
 Qui strictum ancipiti gladium mucrone rotabat
 Terribilis, ferroq; micantia fulgura mittens,
 Ad letum Auroræ ne quem via duceret hortum;
 Arbor vbi vitæ (cum vi cælestis haberet
 Hoc verbi munus) cælo se vertice agebat,
 Auxilium lapsis fructu latura beato.
 Immanuel aditus huc per diuortia tuta
 Rupit agens callem nobis, soluitq; timorem:
 Jamq; licet campo vestigia ferre patente.
 Amplius haud tristi pressis formidine mentem
 Lege fugam immittit damnante, acuitque timorem
 Fumifera condens æthram caligine Sina,
 Turbineq; & sparsis subtexens astra fauillis;
 Ac voluens rapidum latè atris nubibus æstum,
 Ruptus & horrificis sine more tonitribus aër:
 Vel tubæ, quæ sonitum claro increpat ere minacem,
 Sollicito sternens mortalia corda pauore,
 Et soluens trepidis exanguis frigore membra.

Promi-

Promissa toties soboli, votisq; petita
 Clarus Abrameo tandem demittitur ortus
 Sanguine; gensq; sibi bene tali in Semine dicit
 Quelibet, Oceanus quã gurgite continet orbem.
 Seq; Iacobeus superas nunc tollit in auras
 Schilo, pios cuius gentes, hinc inde profecta,
 Accipient monitus animis, ac pectore figent.
 Leta suum hic heros in pascua mittit asellum,
 Dulcis amineas vbi pampinus educat vuas:
 Tingentiq; mero velamina plurimus ignem
 Subjicit inde rubor vini, curritq; per ora:
 Dentibus & lactis candorem ducere certat.
 En virgulta nouis radix Iesseia fundit
 Floribus, & rediens trunco vigor explicat umbras,
 Seq; in multiplicem nata induit arbove florem.
 Ad cælum viridis ramis felicibus exit
 Surculus, effusus per purum immixtus habenis:
 Et simul hunc mulcente sacer diuinitus aura
 Prosequitur Zephyrus, surgentiq; afflat honorem.
 Ecce puer natus, datus est iam filius ecce,
 Cui benefacta, genus, sceptrumq; augusta dederunt
 Nomina. mirandus corde arrigit ille stuporem;
 Omniaq; ille suo torquens sub numine bella
 Ductor, & imponens paci per secula morem.
 Consilij hic autor; decreti interpretes hic alti;
 Hic fortis Deus; hic genitor sine fine benignus.
 Cura silet, cunctiq; animos in gaudia solunt:
 Non aliter, quam cum maturos annua flauis

Terra comis partus deponens horrea vincit :
 Cumq; pedem saluus superato ex hoste reportat
 Miles, agens pingues inimico ex sanguine prædas.
 Nunc etiam insolitus (sic voluit fata Creator)
 Cum tellure polum pertentat & æquora motus :
 Ac se perpetua nobiscum in fœdera mittit
 Lege Deus, carni sociato in virgine Verbo.
 Attonitosq; vocant in sensus æthere corda
 Vsq; tria & terris, ter amplius admiranda :
 Numen homo, genitrix virgo, pectusq; fidesq; .
 Nocturnam varijs exercet lusibus æthram
 Testatus superum, nos propter, gaudia cœtus :
 Propitiumq; repente iubar vibratur ab alto ;
 Dantq; diu sese manifesta in luce videndas
 Incunda aspectu facies, Paena canentes,
 Certantesq; vagis orbem implicuisse choreis ;
 Pax oleis euincta comas, & Gratia blando
 Ora Dei vultu tempestatesq; serenans,
 Impellensq; lyram & dans carmina voce Voluptas ;
 Nec non sanctus Amor, qui nescit sine teneri,
 Quiq; dat, vt cœlum cum terra iungat amorem.
 Grataq; clangentes vox excidit acta per auras
 Nuncia leta ferens ; pastorumq; agmina complet :
 Pastori properata suo quos oscula ferre
 Iuuat, Ephrateoq; ouibus in colle relictis
 Præcipitare viam festino ad ouilia cursu,
 Nummis agnus vbi, naturæ ab origine cæsus,
 Labe carens humeris mundi peccata subiuit.

Quid?

Quid? quod & officiosa noui iam regis in ortum,
 More nouo cursuq, simul noua ducit Eoo
 Stella facem caelo, radijs auroq, nitentem:
 Prodigijsq, poli Vatumq, hortatibus acti
 Persarum proceres (aris imponere honorem,
 Et dare ius soliti, labentiq, astra notare)
 Dona ferunt, homini myrrhas stactesq, liquorem,
 Thura sacerdoti, sed regi Pbissonis aurum:
 Atq, his vincit iter longum pietasq, fidesq, .
 Huc populi, in tenebris vitam luctuq, trahentes,
 Per mare, per terras properant aduertere cursum,
 Et cupiunt Christi iuga sub dulcissima mitti;
 Leticiaq, animos seruat i ad sidera tollunt.
 Christus enim requies curarum, ac meta laborum:
 Christus vita, salus, vis veri, trames ad astra:
 Christus diuitiae genti & decus omne beata.
 Amplius insidias haud tendit ouilia circum
 Nocte silente lupus, rictus frustratus hiantes:
 Nec morsum teneros exercet pardus in haedos.
 Iuxta armenta latus viridi submittit in herba
 Tigris, & innocuus cum tauro, impune vagante
 Tuta per arua, leo communia pabula carpit:
 Cunctis, vrsis veniunt secure ad poela iuuentae.
 Iamq, datur mutis in voces soluere linguam;
 Perceptiq, soni surda conduntur in aure;
 Ac caecis oculi flamma stant rursus acuta.
 Quiq, pede inualido vestigia clauda trahebat,
 Conatuq, gradus egro tardos torquebat,

Carpere prata volante fuga, leuibusq; citato
 Sana potest cursu ceruis par corpora ferre.
 Per loca sola vage rumpuntur fontibus vnde;
 Quaq; diem calido Sol limite duxit iniquus,
 Annis ibi exustis gelidos nunc irrigat imbres
 Vallibus, & scatebris aëntia temperat arua.
 Virus vbi aspergens coluber seruare palustres
 Assuerat latices, cum iunco hic surgit arundo,
 Et florum varios submittit terra colores.
 Præterea Augustus, victricibus inclytus armis,
 Omnia qui claris insignit arua trophæis,
 Primigenæ posuit Tarpeio nescius aram
 (Delphorum hic celebri poscebat fata sub antro)
 Monte Deo, toto qui secula condere mundo
 Aurea deberet: Martemq; in vincla petiuit,
 Sanguine perfusum fremitusq; immanè cientem.
 Quin etiam cuncti prætere hoc tempore vocem
 Dæmones, & retro gressum sub Auerna tulere,
 Qui sepe ex adytis populo responsa ferebant,
 Atq; per ambages fatorum arcana mouebant;
 Impiaq; eterno miscentur Tartara luctu,
 Igniuomumq; furit specus horrifono vlulatu,
 Salue ô ergo mihi talis nox conscia partus,
 Pulcrior Aurora, radijs vbi percutit astra
 Vere nouo, ac roseis nubes amplectitur alis:
 Pulcraq; luce magis, Nemeo tardus ab igne
 Quando diem æstiuus attollit Cynthius horis:
 Tuq; operante, Deo facta Isai, Numinis Aura,

Semper

Semper virgo, semel mater, sine coniuge sponsa:
 Christus (homo sine patre, Deus sine matre) parentem
 Quam facit esse sibi, quò si tibi filius inde,
 Qui pater almus erat, matrisq; vt filius vna
 Esse queat, patris qui filius extirrit antè;
 Virgineumq; haud cui nixus soluere pudorem.
 Sic, species Verni patefacta est quando diei,
 Fœtu humus occulta natura lege grauescens
 Parturit, & palmes gemmas in cortice trudit:
 Seq; per insertas ita fundit Luna fenestras,
 Ille seq; vitro loca lumine vestit opaca.
 Hic simul Orebi se reddit imagine lucus,
 Quà subito innocuus virides extenditur ignis
 Per frondes, Dominusq; rubis incendia miscet:
 Nec tamen in ventos consumpta arbusta recedunt.
 Te quoq; monstra petunt, propius cum Numina surgens.
 Sicco aruis Aurora ruente natantibus imbre
 Firmat ouis spolio: & per flammâs quando iuuentus
 Freta Deo prunis vestigia salua premebat,
 Constrictis ignara facem comprehendere membris,
 Dirus anhelaret cum sub fornacibus ardor.
 Dæmonis haud fugiens dictis aduertere mentem,
 Omnibus accensa crimen mortalibus ira
 Fecit, & heu Stygia demisit femina morti
 Omne genus: Læto sobolem dat femina partu,
 Quæ Patris, explendo poenam atq; precando, furorem
 Flectit, & æterna nos reddit deniq; vitæ,
 Fœdera concipiens nullo excutienda sub æuo.

Tu, per quam mundo sese rex ætheris insert,
 Porta: Deoq̄, caro nostra in te sanguine iuncta est.
 At Deus ð & homo, fate Numine, nate puella,
 Bis genite, & duplici generis memorabilis ortu,
 Christe, tua genitor matris, nat æq̄, propago,
 Et proles sine matre, & proles absq̄, satore:
 Qui, quod eras, es erisq̄, & es vsq̄, quod esse volebas:
 (Ut fiam, quod eram, quod eramq̄, amittere possim,
 Heres iusticia, velut olim criminis heres)
 Nec, quod eras, es erisq̄, tamen, quodq̄, esse petebas:
 Sed simul es, quod eras, & quod non antè fuisti,
 Natura geminus (sua quaq̄, tenente) sed vnus
 Persona; ac triplicis pars vno in numine regni
 Altera, spesq̄, rei, & mundi melioris origo:
 Ore tuas digno laudes quis ad astra vocabit?
 Quis huc satis dicet grates? licet ipse trecenta
 Nunc indefessis mihi soluere guttura dictis,
 Pectoreq̄, erato validam res rumpere vocem:
 Laude tamen cuncta bonitas sublimior esset,
 Perpetuum iuncto componere fœdus amore,
 Et noua quæ nobis dignatur condere fata:
 In caput ob noxas quis Mortis regna steterè,
 Et quibus, hausturis sub Auerni gurgite pœnas,
 Conscia rimari morsu crudelis in euum
 Nocte sub Eumenidum debebat pectora vermis.
 Quicquid es ð, bonitas es amorq̄: neq̄, illius ardor
 Te minor est, quem nec capit ambitus orbis & vnda,
 Ardua multiplici nec Olympi regia textu.

Vtq̄

Vtq; tuas merito laudes ac facta feramus
 Carmine, vix sat erunt nobis eterna deinde
 Secula, quando nouos sese renouatus in axes
 Subjiciet Titan saltu, & noua tempora ducet.
 Principium de principio, de lumine lumen,
 Eiq; Deo Deus, atq; Dei Deus incrementum,
 Et Patris, imperio qui mundi sidera torquet,
 Es Verbum, maius verbis superiūq; virūq;
 Verbum æquæcum, æternum, ingens, & origine mirum
 AEui experte, Patri nota vni, in secla latente:
 Ac, per id, est Genitoris opus mare, sidera, tellus,
 Et res omnis, obit quam visus, quæq; refugit
 Vsurpari oculis, astra ante solūq; salūq;
 AEuum ante omne, sua Pater instar imaginis, alta
 Se lustrans seseq; in semet mente reflectens,
 AEqualem genuit sibi te per cuncta: nec ille
 Te prior est, quamuis fons numinis exeat inde.
 Maiestate patri, natura, numine es æquus,
 Personaq; alius, spaciq; & temporis exors:
 Teq; parem accepit solio sine sine paterno
 Lucis inaccessæ splendor. Sed honoribus ecce
 Gloria diuinis tua sese attollere parcit
 Ad tempus: sensusq; modo fugiente quiescens,
 Maiestate sua supplex en abdicat vltro
 Se Verbum, sanctaq; polo se mittit in Aura:
 Et, sub virgineo collectum infantis in artus
 Viscere, terrenis succedit sedibus hospes,
 Crudelemq; petit tandem per vulnera mortem:

Vt last ex ira Genitoris corda residant,
 Iusticiãq; satis persoluere detur honorem,
 Poscenti meritas commissã ob crimina pœnas.
 Nam cùm te medium des inter nosq; Deumq;
 Nec pacis causam fugias orare sequester:
 Sis vt homo pariterq; Deus, grauis ordo requirit
 Iusticia, scelerumq; onus, & diuinitus vnã
 Danda bona, ac munus pro nobis vota cientis.
 Turpe nefas concepit homo, scelus ergo piare
 Debet homo: Sed cùm sit viribus illius impar
 Tam graue peccati subeundum pondus & ira,
 Vt tanta Deus ipse leuet nos fasce, necesse est:
 Qui miseros etiam necis atra limine solus
 Restituisse potest, cœliq; reponere sede;
 Atq; rata iustas prece vincere Numinis iras,
 Reijciens sese deuincti Patris amore
 In gremium; iusteq; malis arcere petentes.
 Haud igitur me stat circum Strygis amplius horror,
 Nec labefacta tremor mihi per præcordia currit:
 Conciliatus enim mentem in nos rursus amicam
 Accipit omnipotens, animusq; huic orsa reflectit,
 AEternam meritis meditatus ponere pœnam.
 Cessat amare polus limen, gressumq; frequenti
 Ferre licet super astra via, letisq; beati
 Iungere perpetuum cum ciuibus ætheris agmen.
 Deniq; nexa comas colubris, facibusq; coruscans
 Accusante minas non increpat Eumenis ore,
 Conscia vel noxæ stimulos sub pectore ver tit,

Tu thro.

Tu thronus es, placido quo sese Gratia vultu
 Composuit, facilis fonti, venieq; parata,
 Morte tua fixam si quis spem corde fouebit.
 Tu nobis, gemino demittens brachia muro,
 Portus es, imbre licet quò per maris alta solutam
 Conuulsamq; Notis tutò subducere puppim :
 Purag; iusticie vestis, qua sceda teguntur
 Crimina, quaq; Deum velati audemus adire.
 Hinc quoq; iure tibi Genitor dedit inclyta ferre
 Nomina Messia, Christi, Immanuelis, Iesu ;
 Namq; sacerdotis geris idem ac regis honorem,
 Iusq; tenes duplicis naturæ, dasq; salutem,
 Quæ sine fine manet. Pietate inuictus & armis,
 Auxilij clara successit ad æthera fama
 Numides : sub quo ductore Chaneidos olim
 Oppida traxerunt bello quassata ruinam ;
 Purpureamq; vomens animam rex plurimus inter
 Prælia, puluerem vitam dispersit in auras,
 Atq; necis nodum sibi vidit ab arbore necti.
 Debitaq; is vatis vt rura capessere posset,
 Perq; hostes merita ferro dare stragis acervos :
 Ipse moratus equos pressa sol sinit habena,
 Seq; iubente Deo, lato via limite scindit
 (Sic nunquam cecidère pij sine pondere vota)
 Per tumidas Iordanis aquas, transmittere cursum
 Dans populo : & geminum latices reuocauit ad ortum
 Annis, iter miris & retrò hic flexibus egit,
 Acer item Isacidas ope deinde leuauit Aodus.

Qui

Qui gladium pingui capulo tenus abdidit aluo
 Eglonis, fosso sternentis corpore terram;
 Armâq; conclamans, Moabitâs funera misit.
 Talibus at posthac bene gratia nulla stat ausis,
 Omnia sed tempus benefacta hæc vertit in Euros:
 Solus tu peragis sacra atque perennia dona.
 Haud verò Parijs ad cælum ducta columnis,
 Illusisq; auro trabibus cultuq; superba,
 Hospitio grauidam tecta accepere parentem:
 Nec tuus Attalico natalis, more, cubili
 Nixus erat, regnum: nec amictu induceris artus,
 In quo Cæa vias auro varijsq; puella
 Disposuit gemmis, & quem Sidonia circum
 Multiplici egregiè Meandro purpura currit.
 Nascenti hospitium pecudum sed septa dederunt,
 Puluinum herba, thorum præsepe, & tænia tegmen,
 Quando diem gyro bruma interiore trahebat,
 Clausaq; stabat humus gelidis adoperta pruinis.
 Vt sim diues, eges: patrieq; vt reddar, es exul:
 Vt tegar, es nudus: morerisq;, vt viuere possim.
 Visq; simul, flatus vt corda superba remittant,
 Dum regis cæleste geris nomenq;, decusq;
 Pauper inopsq;, cui nullo discrimine aguntur.
 Salue Christe mihi, Deus ac Homo, terq;, quaterq;
 Salue Christe mihi, vitæ atque salutis origo:
 Salue Christe mihi, seruator, rexq;, sacerdosq;
 Et bene da tanti stes apud me gratia facti.
 Sis bonus ô felixq; mihi, communia verè

Colligere vt propria quoque possim gaudia mente
 Cuncta quibus totum diffundi corda per orbem
 Ipse cupis capiamq; fide data munera gratis.
 Tartarus insidias in me componat inanes;
 Me vanam ingeminans venie spem corde secare;
 In quem culpa dies noctesq; exercet amaras.
 Sis mihi sis clypeus nullo expugnabilis ictu.
 Sustineam inferni quo tela ignita tyranni:
 Et quo me tectus teneam, cum fulmina dignum
 Ob scelera in caput hoc Genitor torquere parabit.
 Daq; tenere repente fugam, tutog; pericla
 Lustrare, etherae mentitus lucis alumnum
 Orcus vbi in veritas animum diducere curas,
 Cordaq; peccati prauertere tentat amore;
 Blandaq; cum blandis Scelus offert vocibus ora.
 Fac tua, non titubante, legam vestigia gressu;
 Et me, fraude loci captum, non auferat error.
 Haud graue sit tecum tolerare laboribus euum,
 Pauperiemq; pati, contemptum, vincula, mortem:
 Omnia mundus amat, solum odit teq; tuosq;
 Cumq; tuum nobis dederis in nomen iusse,
 Atque tuae cum nos ciues transcripseris vrbi:
 In curam patriae solitam consurge tuenda,
 Nec ferre aduersum glomeratos peccus in hostes;
 Inuictog; neq; inuadere robore Martem,
 Et, natis hinc inde, malis imponere sinem.
 Sta precor hac: verbi decus imperiumq; sacrati
 Te penes est: in te domus inclinata recumbit.

Exit ijs

Exitijs omnes immittit Auernus habenas,
 Cunctaq; diuerso quatiuntur moenia luctu,
 Sol in purpureum qua saltibus emicat axem,
 Quaq; diem verso componit vespera caelo.
 Threicius nobis bella incatit, horrida bella,
 Perg; mare instructa vento hinc dat lintea classe
 Prædo, fremens animis immanè, acuensq; furorem:
 Hinc terra quatit acer equos, pugnamq; lacepsit:
 Iræq; & trepidæ circum formidinis ora,
 Insidiæq; simul, Thracum comitatus, aguntur.
 Præterea pennis noctemq; diemq; fatigat,
 Et latro per sanctos gladio dat funera Iberus,
 Monstrum horrendum, auidum, imo actum Orco,
 (Hecate atq; Erebo ortum,

Ne leuis Ausonij Plutonis fama feratur:
 Nec manus in plagas, nec acerba in vulnera mucro,
 Nec campi in tumultos, nec in ignem sufficit ornus.
 Hasq; sibi victas quoq; spe iam præcipit oras.
 Quid loquar? inter se velut eheu prælia tollat
 Gens sacris operata Dei, probriq; furorem
 Arrigat, inq; vicem se turpi in crimine raptet:
 Plurimaq; indignis vt, veri ignara, querelis
 Vndiq; turba assurgat, & irrita iurgia iactet,
 Et leue scindatur studia in contraria vulgus.
 Deniq; membra nouus tentat languentia morbus,
 Aruaq; depositum fallunt, ac sepe colonos
 Expectata seges vacuis eludit aristis.
 Sed reor (& forsân quoq; pondus id omen habebit)

Nox fore, lux mundi suprema vt secula cogat,
 Lata pioq; dies, prauo grauis, ingerat ortum,
 Et vaga iudicij sonitu det buccina signum.
 Non frustra toties, luna interceptus iniqua,
 Lugentes prætexit equos ferrugine Phœbus:
 In cœlumq; cadens alta nox sepius vmbra,
 Luctantem mœsta tenet in caligine Lunam.
 Æthera tum rugis quasi tentat arare vetustas;
 Atq; minus certis voluuntur lapsibus astra;
 Instabilesq; vices interdum tempora ducunt.
 Iamq; noui, Tauri sub signo, sideris ardor
 Lucidus ad dextrum, metuentis in equore tingi,
 Castiopes humerum vestigia figere cœpit,
 Anxia corda nouis adigens incumbere curâ.
 Dat quoq; mugitum tellus, cumq; vrbibus arua
 Pertentat tremor: ac rupto aspera turbine torquent
 Bella Noti, & secum verrunt per inania turres
 Ac siluas: voluitq; tumentis gurgite vastos
 Oceanus fluctus, fundoq; exastuat imo,
 Horribili assurgens fremitu, intentansq; pericla.
 Nec non fama malis rumoribus occupat aures;
 Et pavor insinuat cunctis per corda, per ossa;
 Nec, ventura timens membris dat cura quietem.
 Vna salus miseris nullam sperare salutem.
 Te vero ô hominum Christe arbiter, oro: Venito.
 Votaq; dat pius hac mecum omnis corde: Venito.
 Imò hunc tota ciet gemitum natura: Venito.

Gloria in excelsis Deo.

LACRY-

II,
LACRYMÆ
PASCHALES.

HVc Israëlidum fluius regnator aquarum,
Flecte viam, Christi testate in funere luctum:
Cui gemina ex Libani radicibus exit origo
Et qui nunc tenuem perdumis horrida cursum
Lustra indignatus, vastum inde leonibus æstum
Immitis, fremitu nunc ponti assurgere gaudes.
Huc torque annis iter, septena per ostia fessas
In pelagus qui condis aquas: stans cuius ad vndam,
Florentem studijs scatebra quâ temperat Onim,
Cecropius timido sapiens suspiria rupit
Pectore, non solitis late æthera stare tenebris
Conspiciens, passi mittentem signa magistri.
Huc cursus age Thety, dolor cui lapsus ad ima
Stagna fuit, per acerba tuus cum vulnera vitam
Rex daret, applicitus trunco plantaq; manuq;
In lacrymas date nunc laticem mihi (nanq; sequestra
Conscia iam mortis se mundo tempora reddunt)
Hoc dignum letho ducant vt lumina fletum.
Tuq; memor tigni mens, in quo ponere captum
Visa caput letho soboles hominisq; Deiq;
Crudeli nimium, meritos incende sub alto
Corde mihi luctus, immania crimina propter,
Sola Dei nato fatum quæ triste fuere.

HEW

Heu scelus, heu lethum infandum, heu crudelia fata:
 Indigna heu visu species, indignaq; fata:
 Heu pudor Abramidum, sacraq; opprobria terre.
 Imperio mundi torquentis sidera, Verbum
 Ecce Patris, maius dictis superumq;, virumq;,
 Verbum eternum, augustum, ingens, quo constitit omne,
 Quodq; potest sensu contingi, quodq; refugit
 Vsurpari oculis; vera omnipotentis imago
 Numinis; equanumq;, Dei Deus incrementum:
 Isacidum in terris extrema per omnia ductam,
 Dura, virum indutus, vitam per, vulnera finit.
 Crimen amor mirande tuum; quo fraude beatiss
 Exutos sic ardet agris, caelogs, rebelles,
 Vt voce abiciat patrios cum supplice sese
 Ante pedes, mutetq; polum, seq; abdicet ipse
 Maestate sua, genitoris vincat ut iram,
 Natus homo. hinc terris tot deinde pericula lustrat;
 Tot voluit casus, tot is equa mente labores
 Decurrit; tumidus quot fluctibus Adria nunquam
 Surgit, vbi hybernis conduntur sidera Coris;
 Quot non arboribus vestitur nubibus equus
 Vertice, qui cedris late piniq;, frequenti
 Mons nemore Arctoeas vrget Iudeidos oras;
 Quotq; rubras gurges vehit haud Erythraeus arenas.
 Hac via sola fuit, qua mens diuina resedit
 Ex iris, & homo vim lethi exiit & Orci,
 Nec caeli vltius dein ianua limen amauit.
 Tantane vis ergo scelerum? & communia propter

Crimina rex superum tantas exercuit iras :
 Ut nihil omnino fuerit terrarum, poloq,
 Quo Deus, aeternam meditatus ponere poenam
 Peccanti, retulit victus iustissima tandem
 Consilia in melius; chari nisi sumera Nati,
 Cuius ab Hesperio Phœbi est porrecta cubili
 Imperij extremos maiestas lucis ad ortus?
 Qui verò cordis gemitus, animiq,
 Carmine fat dicat, quaq,
 idem vulnera gessit
 Sub mente, ecquis erit? peccati quicquid vbiq,
 In mundo fuit, est, & erit, patiente subiuit
 Sponte humero: tantumq,
 irarum fluctibus aequo
 Inuoluit miserum, quantum non omnia cincta
 Littora telluris curuata amplectitur vnda:
 Pondereq,
 vrgetur, quantus non vertice Orebus
 Surgeret ad cœlum, Carmelo impostus, & Hermo:
 Summaue qua gemino petit astra cacumine rupes,
 Galgaleis vicina aruis; vbi Iosua quondam
 Insignita notis Legum, mandata secutus,
 Iordanis posuit superato flumine saxa;
 Quaq,
 nouis statuens altaria iussa sacerdos
 Marmoribus, pecudumq,
 imponens ignibus exta,
 Ante Deum noctem pateris ac carmine duxit.
 Corde incredibilis tempestas senijt imo:
 Nec veniens Hœdis ita rura cadentibus imber
 Verberat; aut fluuijs tam multo grandine nimbi
 Precipitant, quando contristat Aquarius annum,
 Incertis & agunt hyemes sub nubibus Austri.

Quisquid



Quisquis es ò hominam, nostra inmis fegito dicta
 Sensibus; obq; tuam lacrymas demittito noxam,
 Ob quam supplicium Satana Deus additus hausit,
 Sortiriq; Deum sibi fata est passus iniqua,
 Atq; saluti feram petijt per vulnera mortem.
 Hoc ubi mente subit; sanguisq; animusq; relinquit
 Me subito, & labefacta tremor per pectora currit,
 Ante oculosq; natant tenebrae, circumstat & horror,
 Vincatq; rumpenda desunt simul ora querela.
 Quam duras etenim pater hei tibi voluit, Iesu
 Ter miser ande, vices, sua quò consisteret ira?
 Humanae te dat partu sub lumina vitae
 In stabulo contempta parens, Boreaq; niuiq;
 Dante viam, dum bruma riget: paterisq; pudendam
 Pauperiem, stipulis pecora inter agrestia fultus
 Molle latus, Nilo sulcata deinde capeffis
 Iussus ad arua fugam, teneros dum ducit in artus
 Scauis Idumaea gladium telluris alumnis.
 Vrforumq; inrer malefida cubicula condit
 Ipse quater denos frugum sine munere soles
 In nemore; ac varijs te frustra assultibus vrgens,
 Consilio fraudes Erebi rex versat & astu.
 Pro populi quondam sic crimine sacra ferentes,
 Immisere caprum siluis, stabilisq; ferarum
 Leuigenae: pariterq; hirco supponere ferrum
 Consueti, iratum super arunt sanguine Numen;
 Quaeq; Abraamidum debebat pendere quisq;
 Supplicia, in bruti exitium conuersa tulere.

Acti hostes furijs in te conuicia iactant.
 Sacra dies totos mandata ferendo fatigas.
 Carpis iter, dum senit hyems, dumq₃ estuat aër
 Torrens arua siti, & densis ruit imoribus ather.
 Exiguos ducis fatus per gramina somnos,
 Consitus umbrosa se mons vbi tollit oliua.
 Collectam ore sitim liquido deponis in anne,
 In campisq₃ famem tosta solaris arista.
 Deniq₃ non meritas poscit cum sanguine pomas
 Impia gens, mortiq₃ infontem opponit Iudas.
 Nox erat, ac medys quatibat cursibus axem:
 Cordaq₃ lenibant, oblita laboris, amico
 In siluis posita somno volucresq₃, feraq₃.
 At curis harum indulget rectorq₃ satorq₃,
 Nec tranquillam oculis aut maesto pectore noctem
 Accipit, & placida permittit membra quieti.
 Tempus adesse sciens sibi inexorable, tandem
 Debita placando caderet quo victima patri:
 Obscurus tacitam sese extulit Vrbe per vmbra,
 Saucius & curis per aquas vestigia torsit,
 Ex niue collectam pluuiaq₃, vbi turbidus vndam,
 Piscinis vicinus, agit cum marmare Cedron,
 Floriferasq₃, premit torrenti flumine valles.
 Tristem cum socijs accepit oliuifer inde
 Mons heroa, pater cui debita sacra parabat,
 Floris vbi varij diues iactabat odorem
 Hortus, & aërie nutabant vertice pomi,
 Et pinguem explicuit campum Gethsemana iuxta.

Hæc quoq; Dauidem Solymùm via duxit ab vrbe,
 Tempora velatum, nudat aq; genua trahentem,
 Cum dira incuteret sceleratus Abessalo bella,
 Et caperet pulso rerum moderamina patre.
 Christus humum prono supplex hic ore petiuit,
 Alit surgentem nec presit corde dolorem;
 Auxiliùmq; Dei non in rata vota vocauit.
 Membrãq; sudor, habens resoluti sanguinis instar,
 Omnia perfudit, sparsaq; cruoribus herba
 Rorârunt, iterumq; notæ tinxere hyacinthum.
 Nang; cor immenso curarum carpitur æstu,
 Et pauido tristes vertuntur pectore sensus,
 Ob sceleris cumulos alieni, patris ob iram.
 Non ita vis laticum furit, indignatur & ignem,
 Flamma sub vndanti cum fortis anhelat abeno,
 Atq; alimenta manu dat Thestylis arida circum.
 Non Lybici tantos maris æstus æquora miscent,
 Precipites exercet vbi discordia ventos,
 Inq; vicem inuadunt summis per inania bellum
 Viribus, ac totas euertunt flatibus vndas.
 Tristia cuncta quidem fixum æquo ferre sedebat
 Pectore; sed corpus se pœnæ imbelle negabat.
 Mœsta sui tantos rectoris Terra labores
 Sub pede dans gemitum, & miseratur ab æthere Luna
 Pallescensq; tenet densa in caligine lucem:
 Lugubrem ad questus vocem vicina remittunt
 Saxa: simulq; oleæ lacrymarum flumina voluunt.
 At somno, abiecti viridanti in gramine, condunt

f. 102.

Lumina, & ignauum proflant toto ore soporem,
 Nec dant in tanto comites solatia luctu.
 Vnus ei rapidis puer actus ab æthere pennis
 Astitit, & curis exercita pectora mulsit.
 Blanditias facilem dimittens Anguis in aurem,
 Concupiensq; nefas, verso in lethalia morsu
 Mala, Edenus vbi se pomis induit hortus,
 Nos morti dedit vnus homo: nos reddere ademt.
 Incipit vnus homo vitæ, nec longius iram
 Numinis ob raptum patitur procedere pomum,
 Tollit odoriferam varius de cespite siluam
 Flos vbi, narcissiq; comam Gethsemana tondet,
 Et prelo domitis vindemia spumat oliuis.
 Humanas dictis vertit fallacibus Anguis
 Res fundo: in nos sed crudelis tu quoq; Virgo.
 Crudelis Virgo magis? an Draco noxius ille?
 Noxius ille Draco: crudelis tu quoq; Virgo.
 Dumq; onerat cælum precibus miser, ingruit horror
 Armorum, & multis sese comitantibus affert,
 Vimq; suo tendit nocturnaq; vincla magistro
 Hortator scelerum Iudas; rutiloq; lacepsit
 Lumine fax æra, ac noctem funalia vincunt.
 Moxq; omnis Solyrium miles, furumq; manipulus
 Cum vasto innumeris hostem clamore catenis
 Occupat, huic blandus dum proditor oscula libat.
 Præcipitant per rura fugam tenebrosa relicto
 Dispersi domino comites, dumisq; teguntur,
 Sic afflatus vbi librati fulminis igne,

Per valles letho pecora inter inertia pastor
 Voluitur: errat oues aufert, sparsaq; seruntur
 Per nemora incerto perq; arua patientia cursu.
 Noctem Annæ vigilem ducenti sifitur heros
 Primum: hinc Caiaphæ, qui tunc insigne gerebat
 Pontificis summi decus, huius in ædibus eheu
 Mendaces fingunt insonti crimina testes:
 Crebra genasq; errat manus ac flauentia circum
 Tempora: nigrantiq; obtendit lumina veste
 Nocturnus licetor, probrum ingeniosus ad omne,
 Et colaphum infringens, alternaq; vulnera iactans,
 Diuinare iubet, qui nam occupet ictibus ora.
 Iam clara cum luce, dies reuoluta ruebat
 Oceano, domini funus visura cruentum.
 Captus in arbitrium Pilati mittitur: omnem
 Imperio Tiberi Syriæ qui legibus oram
 Temperat, exut amq; armis, Latioq; rebellena
 Seruitio premit, hicq; surit clamoribus ather;
 Da letho vinctum, de letho Romule vinctum,
 Romulides vitam deducti & crimina discit
 Vana: simulq; ipsi fide nocturna maritæ
 Horribilem eterni portabant visa timorem
 Supplicij, veras Cocyti imitantia flammæ.
 Nec tamen ille negat culpa submittere mentem.
 Scilicet, vt redeat perituro in pristina mundo
 Christi morte salus, non exorata stat altè
 Duro adamante via, & rigidus sic vertitur ordo
 Fatorum. Nuda ergo manus post terga reuinctus,

Multiplici quatitur (visu lacrymabile) flagro
 Horrendum: ac statuit loris Pilatus opertum
 In populi medio, laceros immaniter artus
 Perfusum tabo. caeso demittitur inde
 Ex humeris ardens Getulo murice lena;
 Impedit & nexum de spinis tempora fertum;
 Et dextra geritur calamus; conuiciaq; inter
 Improba diuino pugnus grauis haeret in ore.
 Palluit aspectu caelum, & se soluere visum
 In lacrymas; agit & resolutis nubibus imbrem,
 Crudelem cupiens vndis inuoluereterram.
 Auertitq; oculos ipse, & suspiria duxit
 Pontius, insontis fatum execratus acerbum.
 Aspice iam Regem sectum (inquit) verberere, Apella:
 Eheu, qualis homo? seuam submitte, misertus
 Innocui, quae so rabiem, mentemq; retorque.
 At prece Romanus magis ac magis arrigit iras
 Hostibus, & rursus clamore incenditur aether;
 Vnaq; vox: talem terris auertito pestem,
 Caesaris ac diuim sibi quae vult ducere honorem.
 His sese auditis victusq; volensq; remittit.
 Sic, tentans vires, quando Africus aequora voluit,
 Inq; tumescenti deprendit gurgite puppim:
 Insurgit remis, & vires nauita promit,
 Humidaq; aduerso luctatur carbasa vento
 Ducere: sed frustra freta cum verrendo fatigat,
 Flectit iter, nimbofa vocant qua flamina cursum.
 Dat gemitum validis ergo icta securibus ornus;

Et ge.

1. 143.

Et geminis surgit fatalis roboribus crux,
 Osibus humanis quàm mœnibus imminet albus,
 Et recipit pœnas scelerato à sanguine collis.
 Latronum in medio, ferro plantasq; manusq;
 Traiectum in vacuas trabs illic extulit auras.
 Textaq; suspensi velamina sorte satelles
 Traxit: atroxq; caput risu quassauit amaro
 Hostis, & extrema non ira in morte pepercit.
 Interea medium cœlo axe ruente tenebat
 Soliter: Ecce autem nigra ferrugine tristem
 Prætexens frontem, tenebrisq; ingentibus abdens
 Quadrupes subitò, diræ sua lumina genti
 Præbere, & Domini mortem spectare refugit.
 Noxq; ruit properata mari, camposq; polumq;
 Terribili inuoluens vmbra sine more, diuq;
 Incubuit terræ, quàm latè porrrigit ora
 Thariadùm sese, prisco regnata Chæneo;
 Seclaq; desperare diem scelerata cœgit.
 Talia dum sunt, dolor acrior æstuat intrus,
 Et magis atq; magis pendens cruce diuidit agrum
 In curas animum; vultuq; ad sidera versus,
 Corde trahit gemitum, & vocem imò pectore rumpit:
 Heu Deus, heu Deus, heu, Nati quò cura recessit?
 Audijt hanc vocem Pater, audiuere ministri
 Aetherei; gemitus per & omnes maximus iuit.
 Signaq; dans genitor luctus immania miscet
 Murmura nimbipotens, irataq; fulmina torquet,
 Abrumpitq; ignes cœlo, miscetq; furentem

Per nubes hyemem, & quatit acta grandine terram.
 Perpetua o generis nostri superiunq; potestas,
 Quae mora te tenuit? totum haud cur ignibus orbem
 Haussisti subito? Nati crudele videre.
 Qui poteras lethum? tanto non digna labore
 Praemia; non tanti fuit aethrae regia, letis
 In partem aeternum data quae mortalibus: omnis.
 Tanti erat haud humana salus. o non minor ipso
 Te bonitas, Pater, o maior terraq; poloq;
 Hinc heros (vt cuncta fides oracla sequatur)
 Dum fixo gelidus largum de corpore sudor
 Flumen agit, grauis & sicco sitis ardet in ore,
 Vndantiq; animam diffundit sanguine sensim
 Felicem patris in gremium: date munera parua
 Fontis; ait, nec plura: siti vox faucibus heret.
 Risit ei Iudaea cohors: morientis & ora,
 (Cui venis miseros adduxerat omnibus artus
 Acta sitis) sensu tristi potantia torisit
 Felle nigro grauida, & corrupto spongia vino.
 Ingentem rursus dein vocem ad sidera tollit,
 Vota ciens; corpusq; exhaustum vitia relinquit.
 Mugitum mox arua cient, pertentat & omnem
 Vastus humum tremor, ac late dant quassa ruinae
 Moenia, & educta saxis ad sidera turres.
 Nec non aerijs fragor aridus aera complet
 Montibus: atq; dolor cautes & disijcit antra;
 Multus & abripitur ceco descensus biatus;
 Rumpunturq; viae, quis terra amplectitur ossa,

Desunt

Defunctisq; quies tumulo turbatur aperta.
 Ipsaq; collis, vbi Christi seduxerat artus
 Mors anima, euertisse crucem, crudeliter tigna,
 Tendit, agens longas concusso vertice rimas.
 Præterea Nereus imo ciet æquora fundo,
 Et nigra cumulos alte subiecit at arena,
 Quæ pelagus curuis tellurem continet undis.
 Spirant triste freta, & fluctu resonantia longe
 Littora miscentur, latèq; ruentibus arua
 Seuum undis premit, ac mersas mare possidet vrbes
 Gurgite. Iordanisq; vlulatum ripa volutat.
 Quid loquar AEthiam, vento loca fœta furentem?
 Vnde sonorum nimborum, insuetæ frementes,
 Agmen agunt venti densum, cœlog; potiti
 Hinc tollunt illincq; minas. sed mittit ab alto
 Omnipotens iuuenem, celes per diuina per auras
 Qui mandata ferat, tempestatumq; furorem
 Temperet, & Zephyros frenet vincisq; specuq;
 Ni faciat, mare cum terris cœlumq; ruentes
 Quippe ferant, secumq; repente per aëra verrant.
 Quid? quod, inaccessis descendens lumina sacris,
 Se scindit velum; nec honos penetrabilia seruat,
 Legiferi quondam sacratus voce magistri.
 At verò, postquam Christo sola rupta dedere,
 Tendenti sub Auerna, viam, plagasq; ferente
 Fatales: iterum Lethæa iterumq; tremente
 Misctetur varius sub humo per tecta tumultus;
 Dum sibi Tartareas aditum rumpebat in arces,
 Infernosq;

Infernosq; heros proceres in vincla petebat.
 Manibus hęc sanctis lux attulit aurea tandem
 Auxilium aduentumq; Dei: quos surgere rursus
 Ad vitę lumen Solymı videre deinde
 Cum Christo. caderent cum tertia sidera: quiq;
 Accipere Deum victoris munere vitam.
 Secula non Erebo tantum vlla tulere dolorem,
 Ignibus armatus telos, tricuspide dextram
 Ex quo præciores ingenti turbine adegit
 Perpetuam ad luctus sedem, noctemq; profundam.
 Rex altus superos, in tristia sponte superbis
 Fata actos animis, iraq; effudit habenas.
 O lucem nobis felicem terq; quaterq;
 O lucem Satanae lugubrem terq; quaterq;
 Saue inferne, horrende inferne, inferne sceleste,
 Nunc vbi, nunc vbi sunt, quę cunctis regna stetere
 In caput? ð vbi nunc, tibi quę victoria cesit
 De Christo, umbrarum regnator victę silentium,
 Pessime Pluto, Pluto pessime, pessime Pluto?
 Improba mors, vbi nunc tua vincla, immania vincla
 Corpora quis hominum per terras cuncta dedisti?
 Ecce iaces: ac dum Christi per corpora dentem
 Exigis, haud solido stant dein tibi robore vires.
 Ille tibi, vulnus danti, altę vulnus adegit.
 ¶. 129. Vertitur in solo Christi victoria nostra
 Funere? mors tua mors fuit, ð Mors, illius ecce:
 Ortąq; iam cęlo ducebat Cynthia noctem.
 Diuinum tumulto patitur succedere corpus

Aufon: marmoreaq; imponit mole sepulcrum,
 Et varijs laceros per ducit odoribus artus
 Iosephus, pacisq; bonus belliq; minister;
 Cui dederat Ramathæa genus, Samuele superba.
 Stantq; piæ circum matres liuentia tunc
 Pectora; funereumq; vlulat plangoribus antrum.
 Sanctaq; fatalem duxerunt membra quietem
 Sub saxo, donec freta Sol Eoa reliquit
 Tertius, & rutilum leto subiecit in axem
 Se saltu, ac nitido vestiuit lumine cælum.
 Tot sine sole dies, totidem sine sidere noctes §. 121. 114.
 Iuerunt Amitha genito; quem faucibus hausit
 Aequoreum, & spina texit curuamine monstrum.
 Horrendi facies balenæ in ventre sepulcri
 Surgebat misero, & se Christi aperibat imago.
 Iliæ sed ceti tendens singultibus Eos
 Tertia, littorea vatem exponebat in vluæ.
 Corripit è tumulo rediuiuum corpus Iesus,
 Atq; immortalem membris pater afflat honorem:
 Nec manè in tantos faciem Sol induit ignes,
 Lux quanta ex Erebo reuocati absistit ab ore.
 Gaudia totius naturæ regna per agrant;
 Cumq; mari insuetas imitatur terræ choreas;
 Alarumq; vagæ plausu cantuq; volucres
 Excipiunt reducem: radijsq; illustribus ardens,
 Deuictæ cælo Mortis se nuncius assert.
 Attonitam verò mentem formidine pressè,
 Quis sorti ad tumultum custodia fida cadebat

Seruan-

Seruandum, vigiles per humum sine mente iacebant.
 Membra velut quasi Baccho, vel vulnere victi
 Morsq; oculos umbra circum nigrante volabat,
 Nec contra poterant strictos consurgere in enses.
 Tandem, vbi mens redijt, sese collegit in arma,
 Eripuitq; fugam trepido clamore satellites,
 Incenditq; nouis stupidam rumoribus urbem.
 Christe Dei proles, qui, quod non ante fuisti,
 Factus es, vt fierem, quod eram, quod erasq; manebas
 Christe tu e genitor matris, nat. eq; propago:
 Christe super nostra molite salute laborem,
 Atq; salutifero pro nobis dedite letho;
 Mors mortis victa, vita spes sola futura:
 Vulnere laeta gerens te, morte natantibus, affer
 His oculis bonus, & nullo expugnabile telo
 Sis textum clypei, nigrum quo tectus ad horam
 Me teneam, ob noxas vbi fulmina digna videbo
 Torquere in caput hoc superos, Orciq; tyrannus
 Perpetua ignito mihi vulnere diriget arcu.
 Interea memori tua munera corde volutem,
 Et bene, da, tanti stes apud me gratia facti.
 In tua votiuos me ducere nomina versus,
 Et laudes tibi ferre, tibi persoluere honorem
 Audiat o, roseas effert cum fluctibus ortus
 Phæbus, agitq; diem, & Nabathæos lampade lustrat
 Cumq; dies medius flagrantibus aestuat horis;
 Cæcæq; cum tacitis nox orbem amplectitur alis,
 Soluit & in placidos exercita corpora somnos.

A te principium sit, & in te finis, Iesu;
 Nulla fruant numeris sine te mibi verba Camæna;
 Vsq; tibi ora, manet dum vita, operata resoluam.
 Mecum ipsa rupes iactent ad sidera vocem
 Læticia: resonent te mecum annisq; nemusq;
 Me propter fragiles hominis collectus in artus,
 Tædia fers vteri: variorum immensa malorum
 Per latus omne salit tibi, per caput omne caterua,
 Indulgentq; tua nimis aspera fata iuuenta.
 Isacidum diris ageris: sanctoq; nefanda
 Corpore vincla trahis: versat tibi membra satelles
 Flagro: incredibiles voluis sub pectore curas,
 Aeger & in luctus animus diducitur omnes:
 Infami innocuam dimittis in arbore vitam,
 Lumina per multos & soluis morte dolores;
 Inuadisq; viam, tendentem Ditis ad arces,
 Et cum Tartareis confers certamina monstrib;
 Subq; iuga infernas mittis tristissima sedes,
 Tantæ molis erat sanctorum condere gentem.



PRAELI.

PRAELIVM
 FELIX HEBRAEORVM CON-
 tra Siferam ducem Iabini regis
 Chananaeorum

CAP. IIII, IVD.

A V T O R E

P. DIDYMO TORG.

TErribilem inflato sonitum nunc increpet aere
 Buccina: quadrupedum late nunc seniat aether
 Hinnitu, curruſq; gemant: nunc aſpera ſurgat
 Pugna mihi, & colles icti clamore reſultent
 Pugnantium iuuenum, & ſub Marte furenti cadentium
 Et Chananaea virum natet atro ſanguine tellus,
 Impia Iabini iuſſu quos mouit in arma
 Dux Siferas; duroq; oculos huic vrgeat vna
 Nox ſomno. Tuq; alte Parens, victoria cuius
 Munere Thariada demiffis ſanguine ceſſit;
 Da vires animumq; Poli terraq; repertor
 (Cuncta ſuo qui bella potens ſub numine torquet,
 Sub pedibus qui cuncta videt vertiq; regiſ,
 Qua roſeos terris ortus inducit Apollo,
 Et qua precipitat caelo, noctemq; reducit)
 Pro laeſis fert arma pijs, illoſq; leuare

Gaudet

Gaudet opē, hostilemque inter crudelia turbam
 Funera dat, saturatque iras. submitte furorem,
 Quisquis es, o cuius sanctos immania circum
 Stant odia, & superis qui bella iniussa laceffis.
 Nunc, ditione premens Aegypti regna, Pharaon
 Durus vbi, sceptrisq; potens Basanidos Ognus?
 Quem fama arato strauisse ingentia lecto
 Corpora fert, quando requiem per membra petiuit.
 Victus hic accepit traiecto pectore ferrum:
 Purpurei inuoluit maris illum fluctibus Auster.
 Nunc vbi Cissides, qui regis gessit honorem
 Primus in Isacidorū populo? quam turpiter eheu
 Exigit impulsū sibi per praeordia telum
 Ipse manu, trepidum proprio cor & induit ense?
 Nonne Syro, flammæ sobolis dum corpora prabet,
 Sanberibo condunt gladios sub pectore nati,
 Isq; focis ignes foedat, quos ipse sacrabat,
 Sangune? Vota ciens Olophernem Iuditha nonne
 Demittit letho, & valido caput occupat ictu,
 Obscenam nimio qui mentem vinculus Iaccho,
 Illusisq; auro per noctem extructus & ostro
 Tegminibus, toto proflabat pectore somnum?
 Exitus immanes talis fert sorte tyrannos,
 Qui diro versant odio sanctosq; bonosq;
 Atq; pios bello quis sollicitare voluptas.

Tu verò, o sacrate Deo, tua pandere parce
 Vota Dijs, & ijs laudes ac carmina ferre;
 Nam nullum dij numen habent: nec corda relinquat

Cælicolūm timor, & pietas de mente sugetur.
 Arrigit offenso stimulis ingentibus iram
 Ferrigenūm superūmq; patri, crudeliq; explet
 Supplicia, impuras qui votum soluit ad aras,
 Illicitūmq; focis diuorum imponit honorem,
 Et diuos in vota vocat; diuināq; cuius
 Mens renuit mandata sequi; precibusq; fideq;
 Aetherici qui non vincit fastidia verbi:
 Multiplici dein vnde malo se scindit origo,
 Concipiturq; nefas varium, quod caussa perire
 Est multis. Ardens hinc sulfure corripit imber
 Quæ prope nubiferas assurgunt mœnia cautes
 Engedi, nitidis incumbit & ignea campis
 Tempestas, circum qui sese hæc oppida tendunt.
 Hic ab odorato sudabant balsama ligno:
 Peneada lymphas hic annis prata bibebant:
 Florifera hic varios tellus afflabat odores;
 Et locuples sulcos onerabat frugibus annus;
 Amplaq; triticeæ vincebant horrea messes;
 Centenisq; vvas semper sub colle domabant
 Agricola prelis. Cæli hinc regnator acerbæ
 Opponit toties morti, de sanguine ductum
 Abrami, populum, dum sicca erroribus explet
 Arabie siluas: iamq; agri sanguine sudant
 Isacidūm: in castris iam seu incendia miscet
 Vis superūm; subito multos iam funere pestis
 Mergit; it & toto iam dira in vulnera dente,
 Atq; venenatum draco morsibus implicat ignem.

Prelis

Prælia curanti, fixo in pulmone tepescit
 Amridæ hinc iaculum regi, diffundit & ille
 In currum fluidam scelerato sanguine vitam:
 Captus & Assyrijs dat vinculis colla Menasses.
 Deniq; supremos Solyme consedit in ignes,
 Vulcanog; dedit templum superante ruinam;
 Cui simile haud vnquam vidit, seu manè reiectum
 Purpurea mundum lustravit lampade Phæbus,
 Siue peragrata noctem orbi reddidit æthra.

Fata virum tulerant, qui sicam, viribus audax
 Egloni in pinguem capulo tenuis impulit alium:
 Inq; Palestini mores transibat Hebraeus.
 Ergo Deus, cuius surgebant mentibus iræ,
 Ponebat pœnas, & sub iuga dura sinebat
 Iabini Isacidas mitti; quem montibus Hasor
 Imposita, atq; armis opibusq; insignis habebat.
 Vt verò in melius retulit malus impia deinde
 Consilia in seseq; simul descendere tandem
 Curavit, querulisq; incendit sidera votis,
 Muneribusq; aucta pacem exquisivit in ara:
 Offensi meritam superavit Numinis iram.
 Vicenosq; polo per vt orbem Cynthius annos,
 Thariadum grauibus populo, decurrerat horis:
 Persoluit dignas Cbananeus sanguine pœnas,
 Rursus & Abramidas in candida fata vocauit
 Propitius pelagi rector, terraq; poli q;
 Qua sese Ephramidum superas nemorosus ad auras
 Mons agit, & Ramam Luzæq; binominis arces

Sustinet (in somnos vbi cum lassata dedisset
 Corpora, precipitans iter ad Syra rura, Iacobus,
 Mulceri varijs sibi corda exercita curis
 Audijs, & noctu sub nubes culmine vidit
 Porrectam à terra scalam, superosq; relicto
 Mittere se per eam caelo, & sub sidera rursum
 Dein niti ascensu:) viridante cacumine palma
 Attollit sese, tenditq; ingentia late
 Brachia, perpetuas & ramis explicat vmbas.
 Hanc prope marmoreis incumbunt tecta columnis
 Debore, generis cui se demittit origo
 Naphtalide. Hæc thalamum Lapidothi seruat, & æqua
 Hebræis dat iura: suoq; huic Numen amica
 Colloquio dat nocte frui, simulacrâq; miris
 Multa videre modis. populoq; arcana mouere
 Fatorum. Pronaq; Dei iam supplicis aure
 Sederat Isacide votum; clausumq; sacerdos
 Seruabat templum, medijs cum ceca teneret
 Aethera nox tenebris, agerentq; silentia terra,
 Victaq; securo composti lumina somno
 Lenirent homines curam: Improvisa repente
 Sacratâs tenebras adytis lux dimouet ecce,
 Mugitumq; ciet tellus, & nubila turbo
 Transcurrit; vatis tum vox hæc fertur ad aurem:
 Sumite tela viri, genus alto à stemmate magni
 Thariade: aduersos r'ape sortiter agmen in hostes
 Dux Abinoade, & ferro noua prælia misce.
 Turbidus, infectas hostili sanguine Cison

In pelagus deducet aquas, & fecmina pulso
 Condet in eternam Sisara tibi lumina noctem.
 Postera purpureo se caelo Aurora mouebat,
 Lustratosq; noua spargebat lampade montes.
 Nec mora: veloci sola vir quatit excita cursu,
 Acer equo, vocisq; data se nuncius affert
 Baraco; Cedium qui moenia celsa colebat,
 Hic, vbi traxerunt Chanae bona sorte nepotes
 Naphtalidis. varij vertuntur pectore sensus
 Baraco, Sisaraq; animo vis magna recursat,
 Iacobidumq; simul scelus; & mandata mouere
 Arma fugit primum. leto tamen omine tollit
 Dein animum, & forti inssus se suscit at ira:
 Ac toto absistunt scintillae ardentis ab ore,
 Et cornum quatit, & victum spe praecipit hostem.
 Cum tauro sic hostis vbi decernere tentat
 Cornibus: exercet duras in praelia vires,
 Fortiaq; obnixus truncis in cornua discit
 Irasce, & Zephyros ictum ingeminando lacepsit.
 Claraq; mox inssi dat signum buccina belli.
 Raucaq; letifico conspirant cornua cantu.
 Sequit amor ferri, & gens armis incluta sortem
 Letatur glomerare manum, qua moenia sese
 Sebulone sati tollunt, ac stirpe creati
 Naphtalidis, veniunt, pinguis qui salcibus arua
 Iephtaphiles populant: nitidis de vallibus adsunt,
 Lata Githepheridos qui versant vomere rura:
 Deseritur Nalole: capit arma Catathia: iungunt

De socios, Iocens agros quis temperat annis.
 Simrus imit pugnam quoq₃ : fert & lidala signum.
 Et qui Bethlemie committunt semina terrae.
 Dabratha tela gerit, Iaphieg₃, Nathong₃, Neaq₃.
 Et qui carmeli, maris excurrentis in vndas,
 Prospektant de monte rates, quae spumea currunt
 Aequora, & ingenti rupes aequantia mole
 Corporis, atq₃ haustos cete eructantia fluctus.
 Mirandum hic oculis dein rex hominumq₃, Deumq₄
 Obiecit monstrum, magnus quo tempore vates
 Sacra Deo Helias tulit, huncq₃ in vota vocavit
 Mystarum in medio, turpis quis dona Baalis
 Addere cura foco. Nam sese nubibus ignis
 Rupit, & Helia dissectum in frusta iuencum,
 Saxaq₃ comprehendit populans, & marmora circum
 Lambit aquam: & summum testata est aethra fauore.
 Sebuloza ferrum cum gente retractant,
 Moenia qui Siddina tenent, Raatheng₃, Sering₃.
 Et quibus Hammatæ dat humus pinguisima victum.
 Chinnaretha viros, Adameq₃, Haranaq₃ mittunt:
 Edrorum nec civis abest, Cedilmue colonus,
 Quiq₃ ira omios exercent vomere campos,
 Et quoq₃, Migdalelea quibus pubescit arena
 Vitibus. accitis pubes accingitur armis,
 Vasta Meronæi cecis vbi saltibus horret
 Ripa vadi, atq₃ metum vasto incitat ore leena:
 Bacciferaq₃ Horis colles vbi vestit oliua:
 Quaq₃ solet patulas indagine claudere silvas

Nobili-

Nobilitate potens, canibusq; agit are iuuentus
 Lustra per alta feras rapidosq; patentia cursu
 Rura fatigare, & celes torquere sagittas
 Arcubus, & rapidos iaculis impellere ventos.
 His cum Bethanatha iungit simul agmina longè
 Bethsamis ostentans turre ac mœnia; quib; q;
 Iordanem duplici manantem fonte salutant.
 Præterea renouata ruunt in prælia leti,
 Qui sub regminibus cedri conuiuia ducunt,
 Exercendo graues fracti sub sole labores,
 Quâ Libani sese plaga siluis aspera porgit.
 Auxilio subeunt etiam, quis ducitur ortus
 Isacharo, quibus & fuit alti sanguinis autor
 Beniamus, agmen agit nec non in prælia princeps,
 Armiger ô Ephraime, tuæ, gentisq; Menasseu
 magne, tuæ. Tumidum pecoris sed cura tenebat
 Rubenem interea, & Gileadi montis alumnus,
 Namq; in bella sibi consurgere turpe putârunt,
 Dux quorum mulier: densasq; agit are bidentes
 Tutius est visum, plenosq; ad ouilia campo
 Exercere vices solitas, fontesq; lacusq;
 Seruare; in tentata manum quam prælia ferre,
 Armorumq; pati strepitum, sonitumq; tubarum.
 Dane sata eratas gens merce onerare carinas
 Maluit, infidisq; Austris committere vitam,
 Atq; procellosum remis sulcare profundum,
 Et varium æquoreas lucrum captare per vndas.
 Optauit potius vicini ad littora ponti

Aferides habitare casas, quam fortiter vnâ
Ad bellum patria quo libertate coire.

Inclutus in medio dux vertitur agmine, clarî
Abinoæ proles, & aliena luce coruscat.

Iamq; omnis nitido florens exercitus ore
Cum duce Baraco latis tendebat in aruis,
Hic vbi celsa petit Galilæius astra rotundis
Verticibus Thabor, & gratum dant balsama odorem,
Mellaq; stipat apîs, mulcentq; suauibus auras
Carmimbus volucres, frondosaq; culmina cedri
Sideribus miscent. aliquot post secula ferre
Hoc in monte preces Christo, votisq; ciere
Aethereum placuit patrem, monitisq; secutum
Implere hinc illinc populum: hoc libauit eidem
Oscula rex superûm, radijsq; induxit & auro
Illustrem cælo nubem, & iuga lumine latè
Vestijt, ac placidas vox excidit acta per auras.

Certa vagis autem Chananaea per oppida pennis
Fama ruit, populumq; nouis rumoribus implet.
Iabinum gelidus totum circumstetit horror,
Arrecteq; comæ, & pressum formidine pectus.
Arma parat Sisaras contra: fremit arma iuuentus.
Tela nouant subito, atq; citis gemit ictibus incus.
Circundat lorica humeris, aptatq; nitentem
Temporibus galeam, & lateri pars subijcit enses:
Pars cumulat pharetras iaculis: pars impedit ora
Quadrupedum frenis: pars saltu subijcit acres
Sese in equos, timidosq; animis audacibus implet.

Compo^o

Composito in turmas portis ruit agmine miles:
 Et tubæ sonitus cælo, cantusq; profundi
 Responant saltus, litui tinnitibus icti,
 Impellitq; ferox crebris hinnitibus auras,
 Et flammæ expirat equus: concussaq; vastum
 Sub pedibus dat humus genitum: & sublimibus ardent
 Campi armis, radijs postquam æra laceffit. Apollo.
 Expectansq; hostem Sisaras tentoria ponit,
 Dans sonitum saxis ubi voluit pinguis Gison
 Flumina: cui Thaboris caput ex radicibus exit,
 Frugiferasq; secans valles maris æquore sese
 Condit, & herbosas prætexit arundine ripas.
 Iste sacerdotum multo vada tarda cruore
 Deum iterum vexit, qui sacra nefanda colentes,
 Thesbita, hic animam ferro, mactante, dederunt.
 Sæpe idem liquida permulsi leniter vnda
 Helicæ plantas, susumq; in gramine propter
 Sæpius, allicitos crepitanti flumine, somnos
 Ducere, solariq; animi curamq; metumq;
 Arbore sub patula, inq; preces descendere vidit.
 Purpureas Chananae animas vomuere cohortes
 Cisoniam iuxta ripam: hic & sæpe colonus
 Eruit ossa virum, & fractum cum castide scutum.
 Tellurem impresso cum moliretur aratro.

At superis niueo statuit de marmore ductor
 Abramidum riguis deuotam in vallibus aram;
 Datq; aries ferro ingulum, sternitq; iuuenctus
 Casus humum, pinguisq; caper, vitulusq; bidensq;

Z S Et

Et vates sacrum Debora celebrat honorem
 Flauentes effusa comas, auroq³, rigentes
 Induta ornatus, liquidi quoq³, spargit oliuī
 Ipsa molam succis, cumq³, illa thurea prabet
 Dona simul flammis, fumumq³, incendia voluunt.
 In nubemq³, volans sese vapor induit atram.
 Submissusq³, petit terram, pecudesq³, cremantem
 Libaq³, crure focum veneratur supplice ductor.
 Et stricto per vota Deum mucrone precatur:
 Dexter adi tua sacra, poli terraq³, creator
 Omnipotens, vindex scelerum, tutorq³, piorum.
 In ferrum ruimus pro libertate: fer, oro,
 Auxilium, iam sisq³, tuis felixq³, bonusq³.
 Frange Palestini telum prædonis: & alto
 Aereus ad costas illi stet vulnere mucro:
 Excussusq³, rotis dispergat in aëra vitam.
 Ne semper genitor ne pœnas optime postas,
 Neu, precor, accensam nimium des tempus in iram.
 Grande tuam scelus in plebem cecidisse fatemur:
 Inq³, grauem sese commissa ob crimina luctum
 Dant animi: digno bonus ô iam parce furori.
 Sic tua per terras clementia laude feretur
 Aeternum: vsq³, tuum sic nomen honosq³, manebunt:
 Cunctorum sic fama volans diffundet in ora,
 Quod tibi perpetue valido stent robore vires,
 Fida pij nec cura cadat. Sic ore precatus,
 Castra mouet, pugnamq³, vocat, montemq³, relinquit.
 Aduersa in Sisaran ardebat pectora ferre:

Agnit.

Agmineq; in medio, scuis horrendus in armis.
 Bellatorem agitabat equum: longeq; corusca
 Mittebat castis sublimi a vertice flammam:
 Terribilis veluti criminis, qui saepe vagantem
 Mentitus tacita stellam sub nocte, timorem
 Innuitit populis, clademq; minatur, & arma.
 Flaminag; infestamq; luem pecoriq; satisq;
 Direxit Siferas aciem, qua tecta Megiddus
 Eduxit turris a polo; turmasq; Tyrannus
 Explicuit, sperans praedas, vbi praeterit altas
 Cedimus vales. tenebrasq; insurgere postquam
 Puluere prospexit campis, curruamq; pedumq;
 Accepit sonitum: tremor ima per ossa cucurrit.
 Haud animis aliter timor incidit, ethere quando
 Coguntur nubes atrae, & praesagus ab alto
 Fert sonitum per aquas ventus, dum nauita verrit
 Oceanum, pelagique acta rate carbasa ducit.
 Armaq; concurrunt, ferrumq; volatile neruus
 Mittit, & effusa caelum eripit vmbra sagittae.
 Pes teritur pedibus, manibus manus, ensibus ensis,
 Dantq; sonum suctu galeae, & furibundus anbelo
 Horrendum ore fremit sonipes. truncataq; in alti
 Corpora, seminecesq; artus se sanguine versant:
 Permisiq; atra bellantum cede cameli,
 Et fossi voluuntur equi, gladij; rotaeq;
 Hostis: & in ferrum totis consurgit Hebraeus
 Viribus, ingeminatq; ictum, lateq; nigranti
 Tingit agros tabo. Martemq; acuenite cruentum.

Concha-

Concharum clangore furit cælum omne, simulq;
 Cedentem clamore virum, gemituq; cadentem:
 Terribilemq; nemus sonitum, collesq; remittunt.

Nec longum in medio tempus, cum grandine totus
 Immani, & piceis ether ruit imbris ecce,
 Maximaq; aduersis tempestas incidit armis
 Iabini, ac rapidas seuis rex horridus Austris
 Imbripotens hyemes agit, inconsuetaq; miscet
 Murmura, & ingenti sternit Chananaea pauore
 Pectora: tum gelidus trepidos rigor occupat artus,
 Torpescens ferrum nec spargit inutile dextra.
 Illaso at magis atque magis vis crescit Hebræo.

Ergo dato vertunt hostes vestigia tergo,
 Et dat ab erato saltum dux ocyus axe
 Territus, ac tacito solus per inhospita gressu
 Precipitat siluasq; fugam, queritq; salutem.
 Acer agit cursu palantes victor, & edit
 Funera terga sequens ferro; rubrumq; Chanæo
 Flumen agit tabo Cison: & sanguine vidit
 Vna dies per humum cunctos effundere vitam.
 Sic turbo furere, & multam dare sepe ruina
 Arboribus plantisq; solet, turresq; domosq;
 Vertere, frugiferisq; aruis ruere omnia late.
 Sic tumido obiectam vincit cum gurgite molem,
 Eq; niue, & crebris ex imbris amnis abundante
 Exit aqua: cumulo per rura patentia fertur,
 Inuolutq; vadis nullo discrimine prata,
 Cumq; viris armenta trahit, frugesq; casasq;

Millia

Millia tot Phœbus late ad vada curua Megiddi
 Viderat, Eoas cum manè reliquerat vndas
 E quibus exiguos viuentes attrigit Eos
 Postera, cum cæcas noctis dispelleret vndas
 In nunciis, male, spemq; in vano robore fige.
 Non procul à Cedium surgebant vrbe penates
 Heberi, densis quos hinc vrgebat & illinc
 Illicibus saltus: cumq; hoc se miserat antè
 Hospitij in fœdus Chanaanæ gentis Iabin.
 Regnator comitem sese pius addidit olim
 Amramida Hobabus, monstrans, quæ semita ferret
 Errantem Arabia per lustra: Hinc exit origo
 Hebero; qui cum connubia Iaeli iniuit.
 Iamq; ferè medio quatiēbat Cynthia cursu
 Alipedes, lumenq; obscura nube premebat,
 Ecce nemus tacite per tuta silentia Lunæ
 Deserit exhaustus cursu, fessusq; labore,
 Et nota Sisaras tectis se Iaelis infert.
 Genua labant, corpus quatit ager anhelitus omne,
 Et currens riuus (nec respirare potestas)
 Sudor agit, lasso piceum de corpore flumen.
 Præterea sicco sitis ardet longa palato.
 Nocturni collo mulier dat brachia circum
 Hospitis, ac, nimum corde, inquit, solue timorem,
 Et tectis succede meis: arceberis intus
 Exitio, forti svident vbi cardine cæca
 Ecce fores. Poteris dulci hic lassata soporè
 Membra dare, & magnum somno mulcere dolorem,

Colle -

Collectum ore sitis cum potu viceris estum.
 Sic fatur, facinusq; insigne in pectore versat.
 Consiliumq; tegit vultu, & spumantia ponit
 Pocula lacte nouo, quo seuam sistere possit
 Ipse sitim, plenis olli mox ducitur olla
 Fancibus: & lapsa redeunt in pristina vires.
 Extractusq; sagis, oculis & pectore noctem
 Accipit; ac vestes super Heberis inijcit inde,
 Gausapag; & oppressiq; immania terga resoluit
 Somnus, & illius crudelia fata peregit.
 Nam toto infusum dum spirat ab ore soporem,
 Inflexa ducens requiem ceruice, Tyrannus:
 Pondere ferrato clauum per tempora adegit
 Iacit, & impulsam sceleratum cuspide fossam
 Applicuit terrae caput, atque sub aure reliquit
 Mucronem: infernasq; anima indignata sub vmbra
 Fugit cum gemitu, dextram ter sustulit illa
 Assurgens, voluitq; impuro a sanguine poenam
 Sumere: ter verò rursus cecidere lacerti.
 Tandem vicit amor Domini, laudumq; cupido,
 Et magnam testata fidem est; cerebrumq; peregit
 Cuspide, dignorum factis, hic finis atrocis
 Fatorum Siseræ. Raptis dux ergo trophæis
 Insignit Baracus agross & pectora sese
 Dant in leticiam, laudes & carmine cuncti
 Diuinas, ac facta ferunt, noctemq; diemq;
 Instaurant varijs per sacra altaria donis,
 Atque Deo dignum certant persoluere honorem.



O hominum diuinig, parens, sator orbis & altor,
 Sape greges miserate tuos, cum facta perosi
 Impia, non fictis coelum implenere querelis:
 Nunc etiam facilem precor in nos accipe mentem,
 Atque tibi iustum sine vinci orando furorem,
 Et fer opem, vita miseros & redde quietam.
 In nos hinc Getico cursum dat ab orbe Tyrannus,
 Indomitis certans feritate leonibus: illinc
 Fulminat at bello Ductor, quem gloria tollit
 Sublimem in Latio, dum bella scelestia fatigat.
 Ambos fata ferant Siseræ, qui sparsit, athena
 Cuspide traiecto, muliebria membra cerebro.
 Sic tua Christiades assertus ad astra vocabit
 Carmine facta, Pater, quæ noctem luce resoluit,
 Et quæ se verso Sol in mare condit Olympo.



P A P

Somnium Monarchicum
Nabuchodonosoris.

Fata, Viriq₃, cano simulacra, Soporis ab oris
 Heroi Assyrio missa, in cœlumq₃, minata
 Mole, caput, pectus, ventrem variante metallis
 Instabilesq₃, pedes vt aperta referret imago
 Bis duo regna, bonis certantia, quando Monarchæ
 Omnia sub pedibus vertiq₃, regi₃, videbant:
 Vt vel honore magis, vel Marte togaq₃, potentes
 Non Sol aspiceret surgens, non pronus in aquos.
 Pandere nunc Heliconæ Deæ, siluasq₃, canora
 Voce se qui libeat: non arbutus, atque myricæ
 Sed me densa iuuat nunc silua opulentag₃, saxu.
 Si canimus siluas, siluæ sunt Principe dignæ.
 Quippe Magistratus, tutela in cuius opaca
 Præsidijq₃, Salus latet, arboris obtinet instar:
 Quæ facilem fundit victum, alitibusq₃, ferisq₃
 Optatam patulo sub regmine sustinet vmbra.
 Tu verò interpres cœli & doctissime fandi
 (Faticinis Flatu qui sepius ora mouebas)
 Christe, meis dictis aspira dexter amorem.

Tempus erat, tacitis quo candida flectit habenis
 Luna vias, hominumq₃, genus, pecudumq₃, diurnis
 Fessa ministerijs mulcebat membra sopore:
 Cùm Pater omnipotens summo arduus æthere latè

Despe

Despicens vasti bipatentia limina mundi,
 Et mare veliuolum, populosq; per arua, per vrbes,
 Tam varios linguis habitu, quam vestis, & armis;
 Lustra q; dinumerans, ac vitæ ad lumen ituras
 Mente alta lustrans animas, numerumq; recensens
 Fatag; fortunag; ducum, moresq; manuq;
 Defixit tandem Babylonis lumina regno.
 Atque illi, tales agitant pectore curas,
 Cælicolam in medio radijs illustribus ardens
 Filius ante oculos his se cum vocibus offert:
 O Pater, ô terra, suprema poli q; potestas,
 Cernis, vt Assyria ductor, successibus acer,
 Fastu animos cælo ferat, & caput æthere condat,
 Ac regna excidio dederit mihi debita fatis:
 Querat vt exilium Chaldaea Hebræus in ora.
 O patria, ô Iouæ domus, insuperabile bello,
 O genus Isacidum; quæ te fortuna reuifet?
 Cum stirpe Abramidum, pede barbara vincla trahen-
 se tulit hinc mediam Pietas confessibus ægra (tum,
 Tigridis, Euphratisq; ad flumina: questibus vnde
 Permistus, lacrymisq; vlulatus sidera pulsat.
 Nemo pios solitis numeros intendere neruis,
 Nemo potest aris inferre Sionis honorem.
 Vrbs destructa iacet: templum confedit in ignes:
 Barbita, pleetra, lyras, desuetaq; nablia tangi
 Populeum suspensa nemus iam seruat ad vndas.
 Nec luctu in medio gens voci, iraq; pepercit
 Barbara: quæ citharas vocat in certamina cantu.

Certè Thariade reuocato à sanguine ducta
 Prögenie quondam voluisti condere gentem,
 Que mare, quæ terras lata ditione teneret;
 Que pia thura meis daret aris; quæq; locaret
 Grata mihi sedem passuro, ac regna deinde
 Voce subacturos cuiq; ether exitus esset.
 Filius hæc. tenuit contra mora nulla Parentem
 Dulcia sed molli delibans oscula vultu
 (Quo tenebras pellit, tempestatesq; serenat,
 Quo mulcet pelagi fluctus, ac turbinis iras,
 Omnia quo rident exerto) talia reddit :
 Nate, mea vires, mea Nate potentia, præstas
 Regis, & Aronis curam : tuus ergo, quid optes,
 Explorare labor meus est, optata dedisse.
 Sed nequæ me vertit sententia : debita iustam
 Fata viam inuenient, expleto temporis orbe.
 Ordine regna vices ducent suprema quaterno;
 Sic populos, regnis sociatos, aptius inde
 Iusticia leges poterunt frenare colenda:
 Sic nomen poterit late increbrescere nostrum.
 Aurea prima sata est ætas : argentea deinde
 Succedet Soboles, mox ænea, ferrea tandem.
 Inq; his imperijs, terrores inter, & arma,
 Nulla tuam poterit vis gentem excindere ferro,
 Hanc tenui licet esse necis discrimine cernas.
 Quin etiam reges, opibus, belloq; superbi,
 Templâ tibi statuent, & corda ferocia ponent;
 Suppliciterq; tibi complecti genua requirent.

En Nabuchdonosor (qui fulminat vndique bello,
 Atque freta insano, terrasq; timore fatigat)
 Consilia in melius referet, dignatus amicum
 Accipere in captos animum, Israële creatos.
 En mittam Cyro mentem, quem sepius audis
 Gens tua promitti, fortuna vt lata prioris
 Munera, reliquias euersa ex æde receptas,
 Reddat, & hoc Solymæ regnum curante resurgat;
 Longimanusq; dehinc surgens ita cepta secundet.
 Denique cum, spolijs orbis totius onustus,
 Romanam excipiet gentem, tandemq; cruentam
 Carcere frenabit nodisq; Augustus ahenis
 Bellonam: manifesta fides oracula sequetur,
 Et lapsos meritis homines in pristina reddes
 Natus homo, passusq; necem, caeloq; repostus.
 Reliquijs quartæ Ditionis, ad arcta redactæ,
 Fine sub extremo ponet Germania sedem:
 Arboris Ausonia radix vbi tollere siluam
 Expetet, ac ramus per purum immittet habenas.
 Saxonia illustres Electoresq; Ducesq;
 Ire supra hic omnes virtute, sacrisq; videbis:
 Quorum muneribus Sala pinguis, Elister, & Albis
 Poela ministrabunt Musarum nectare plena,
 Et fundent laticem de fonte Israëlis haustum.
 His Solymæ occasum poteris, templiq; ruinam
 Solari, duris vt mollia fata rependas.
 At verò vt penas luat, atque pericula lustret
 Gens operata sacris, herebit terminus altè:

Nam constare volo, mihi culpa quod arrigat iram,
 Supplicijsq; nefas sub corde sit vsque domandum;
 Quodq; Fides constans patiēdo at tollere vires
 Debeat, & missum ductorem equare sequendo.
 Sum bonus, at iustus pariter; bona tempero iuste:
 Hinc mihi persolues mundi pro crimine pœnas:
 Supplicium hinc etiam Solymea à stirpe recepi;
 Cui tandem penitus quoq; dum non orsa reflectet,
 Excidio veniet Roma, haud sua vota relinquens.
 Mens tamen agrâ pijs sciat olim vt fallere curas,
 Errorum immunis: per somnia vera docebo,
 Quæ sint, quæ fuerint, quæq; aduentura trabantur.

Hæc ait alta regens, hominum sator, atq; deorū:
 Terq; caput nutu concussit, vt vndique motum
 Assensu impleret partes mare, sidera, tellus.
 Dehinc è cœlicolis vnum demittit ab alto,
 Quattuor vt totidem formis imitata Monarchas,
 Et Christi imperium metarum, ac temporis exors,
 Somnia Chaldei mittat Nox regis ad aula n.
 Ocyus ille vocat Zephyros, & labitur alis,
 Deferat vt celeres Somno data iussa per auras.
 Utq; sagitta leuis, si quando volatile neruo
 Hagarides ferrum scopuli de vertice torisit,
 Transmittit spaciū veloci incognita lapsu:
 Sic se remigio pennæ tulit ille per vmbra.

7.62. Opportuna domus Somni, submota recessu,
 Subdita supremæ spelunca attollitur vrsa:
 Humida Nox vmbra circumuolat intus inerte,

Nec

Nec Titan nitidos radijs super ingerit ortus,
 Perpetuo in latebris agit alta silentia rupes;
 Quae non excutiant, Auroram voce vocantes,
 Lucis aues, alaq; sonum plaudente cientes;
 Non fera, non venti, non ianua cardine mota.
 Fons etiam requiem crepit ante inuitat arena,
 Vnde vapor nubes subtexit: ad ostia passim
 Herba soporifera, & flores hoc nomine surgunt;
 Quorum nox membris lacte irrigat atra soporem.
 Pallidus, & frontem bicolore papauere cinctus
 In medio Somnus languentia terga resoluit
 Veste, thorog; super pullo, acclinataq; plumis
 Colla fouet, lanaq; imitante coloribus vndas.
 Hinc loca sorte tenet damnosa Obliuio cura,
 Nec non Pax animi, casusq; Leuamen acerbi,
 Et Requies rerum, & mulcens Vigor hausta labore
 Corpora: luxurians inde vltimus brachia pandit;
 Caeca sub vmbrosis vbi somnia frondibus herent,
 Tot numero, partus quot amat deponere flauis
 Annua terra comis, & quot vehit aequor arenas.
 Stant verò portae geminae cornu, atque elephanto:
 Somnia mittit ebur fallacia, veraq; cornu.
 Huc delapsus vbi pennarum vela remisit
 Angelus; insolita speluncam luce laceffens,
 Et versans manibus Somnum, ore silentia rupit:
 Diue, quies cuius fessis gratissima serpit,
 Dicta Creatoris sero nuncius arrige mentem.
 Dic adeant statuæ sub imagine Somnia regem.

Assyriae, imperij quadriformis signa gerente,
 Cui finem imperium Verbi dabit alta tenentis.
 Concute secundum pectus: mora segnis abesto.
 Plura nec effatus, pennis aufertur ad astra.
 At Sopor, excutiens sibi se, mandata peregit,
 Delectum media natorum e gente suorum
 Phantason, argutum dictis ac Morphea formans:
 Quorum hic in scopulos, in prata, in flumen, in ornum,
 Et vita quaecumq; vacant, imitamine transit
 Ille capit formas hominum, simulacraq; fingit.
 Praeterea est Icelos diuerse tertius artis,
 Qui fit auis, coluber, taurus, leo, tigris, & vrsus:
 Abnegat is comitem: sic digerit omnia Somnus.
 Cornea qua portatus est, emissus corripit alis
 Inde viam ad thalami regalis limen vterq;:
 Serum vbi velleribus ductor Chaldaeus, & ostro
 Extructus, prona ducebat nocte quietem;
 Postquam in venturos curas extenderat annos.
 Haic subito ramis Lethaeo flumine tinctis,
 Vig; soporatus curarum acueute timorem,
 Ante thorum assistens permulcet tempora Morpheus.
 Scepteriferi in vultum sese induit inde gigantis,
 Nubila qui sulcit capite, assimulatq; metalla.
 Aureus est vertex, galeam qui sustinet auro,
 Duplice terribilem crista flammamq; vomentem:
 Thorace, & manibus trepidantia fulgura mittit.
 Argentum: venter nitet ere, ensesq; coruscant
 Aere ferunt: pedibus mistis ferroq; lutoq;.

Nixa

Nixa, rigens ferro vestigia tibia figit.

Finierat Morpheus cum Phant'asus aduocat artem,

Atque abit in formam lapidis candore micantis :

Qui, sine vi manuum, praeupto monte reuulsus,

Euadit spacium, Polyphemumq₃ occupat iclu

Vallibus exultans, inuoluitq₃ omnia secums

Quiq₃ dehinc magna vastum se mole per orbem

Porrigit. His actis, in ventos visa recedunt:

Oblitumq₃ sopor regem cum nocte relinquit.

Tum verò attonitum circumstetit horror, & haesu

Gutture vox, steteruntq₃ comae, perq₃ ima cucurrit

Frigidus ossa timor : sentit rem nutibus ire

Cœlicolũms neque cura sinit consistere pectus.

Haud mora : concilium vatũ vocat, atq₃ sophorum

Nabuchodonosor, quae sint ea somnia, querens.

Olli tecta vijs fluxere ad regia plena.

Aduenit ingenio tentans supponere caelum,

AEthera metiri visu, & momenta minuta

Astrorum, latebras naturae accedere mente,

Parcarumq₃ oculis penetrare adamantina tecta.

Nec non, qui pecudum spirantia consulit extas

Qui Phoebi tripodes, & praepetis omina penna,

Et volucrum sentit linguas, & fulminis iras :

Carmina qui cantat magico Circaea susurro,

Et succo haec miscet, Noctemq₃ affatur Auernis.

Vnde vt sistat iter, ventos abigatq₃, vocetq₃

Vt Solis capiti nubes subtexat aquosas,

Vt vultum nitidae possit confundere Lunas

Iungere qui numerum fatalis nouit arenae;
 Qui fluitantis aquae motus exceptit, & ignis
 Quae simulacra sacris, & voces captat ab undis;
 Qui responsa petit per cymbia, purior aëstu
 Humor ubi exultat, ceruici imposta reuincta.
 Horum magna cohors tectis successerat amplis,
 Concilium horrendum: quippe his Proserpina toruum
 Pallorem afflaret, solita inspirare venenum:
 In pectus nigra barba cadit; stant lumina flamma;
 Signat humum cyclas; nexu impedit insula crines.
 Responso statuit noctemq;, diemq; Tyrannus:
 Sed nox, atque dies decedere visa; nec ullus
 Afferit se magus, aut vates, aut artis alumnus.
 Non ars, non Hecate, non Delius ipse, vel astra
 Subueniunt, simili sub imagine somnus apertè
 Vt redeat: vires non barba aut vitta ministrat,
 Hirsutumue supercilium. fouet ignibus aras,
 Ormasdenq; suum Babylonius implet in aede
 Muneribus, procerumq; cohors: sed nemo reportat
 Quasita ex adytis responsa. ita nempe Creator
 Rem sortitus erat; raperet sub vt aëra vanam
 Fama potestatem, nugas, ludibria, fraudes
 Demonis; vtq; Dei celebraret Tigris honorem.
 Luctibus incumbit rex limine septus, & ira
 Turbidus; ac proceres gemitus iuere per omnes.
 Et ni tum Daniel, de regibus ortus Hebraeis,
 Aetherijq; idem Patris, Aonidamq; sacerdos,
 Nocte, dieq; ratis onerasset sidera votis,

Fatidi-

Fatidicam vt mentem Deus inspiraret ab alto:
 Fila magis Parca legissent vltima cunctis.

Attulit in somnis Danieli saepe vocatum

Numinis auxilium nox dia, vigensq; salute.
 Nang, polo interpres se misit, humumq; petiuit,
 Et se nubiuagos saltu subiecit in axes

Filius ecce Dei: quos informauerat auro
 Sapphiroq; faces miscens fulgore tremendas,

Interitus cui Regina, & originis expers.
 Eurusq; & Zephyrus, pennis strepitantibus acti,

Succedere iugo, nec non Boreasq; Notusq;:
 Et rapuere volante fuga per inania currum.

Sollicito excussus somno sub sidera vultum
 Extulit, ac palmas iuuenis cum voce tetendit:

Agnosco, accipioq; Deum, letisq; saluto
 Vocibus hoc omen: ritè id, Pater, oro secundes.

Quando ades, ante ferunt gressum terrorq;, fragorq;.

Cum iubare insolito: mulces nos, quando recedis.

Hec vbi dicta, quies iterum complectitur artus

Imbuta ambrosia: lectoq; incumbere visus

Interpres, fatisq; aperire latentibus ora.

Deserit hinc visum, nutuq; ter increpat ethram:

Et cum voce Deus pariter, cum voce Deoq;.

Somnus abit, somniq; abitum lux lata secuta est.

Saltu in purpureas Sol emicat ergo quadrigas,

Immissurus equos: primamq; albescere lucem

Vt vidit Daniel, afflatus numine proni

Iam proprioze Dei, sacratis munera libat

*Intemerata focus, ac soluit carmine vota:
Monstra deinde refert nocturna ad Ariochon,ensem
Tingere qui seua sapientum cæde parabat.*

*Nuncia fama volat, captiua in gente repertum
Esse Virum, alloquio diuim qui nocte fruatur.
Sistite, rex, Vatem mihi, sistite, mandat: & ardet
Nosse, animis superum quænam sententia constet.
Postquam introgressus, coram est data copia fandi,
Et regem exhibuit vultu sceproq, fauentem
Subnixus folio Nebonassar, & ore profatur:
Dic age, cui sese forsân tribuere benignos
Præ reliquis diui, quid somnia, fataq, poscant.
Dona feret: & quem gaudes in vota ciere,
Semper erit Deus ille mihi: per sceptrâ, thronumq,
Per caput hoc illustre tibi, per sidera iuro.
Dixerat: ac Vates oculos tellure moratos
Sustulit, optatisq, ita vocibus ora resoluit.
Non hæc, quæ ferimus, nostra spectentur ab arte:
Sed Deus, ipse Deus, Vatem per singula duxit.
Annuat is seculi reserare ora cæla futuri,
Quando futurorum te plurima cura remordet,
Hunc penes est vnum vasti custodia mundi:
Hic Verbo, & Sophiæ cultu, cæliq, Vigore,
Fraudibus inferni corruptam, in pristina reddit.
Effigiem nobis, superum sit vt instar in ipsa:
Sideriæ nos hic vrbi transcribit alumnos,
Dum Soboles precio superat, votisq, Parentem,
Et Bonitas paciæ causam irrenuocabilis orat.*

Hoc

Hoc statuente, vices anni orbita voluit, & hora,
 Hospitijsq; tener frondentibus omnia lucus
 Maieftate potens, ac religione verendus:
 Resq; Tonantis eunt nutu, qui numine bella
 Torquet, vt hic capiat moderamina, deserat ille.
 Visa notam hanc edunt, oculis obiecta per vmbra.
 Vertice cristato Vir sceptrifer astra petebat,
 Aurea cui vertex, argenteus vndiq; thorax,
 Venter abenus erat, tum ferrea tibia, tandem
 Planta luto partim formata, & ferrea partim.
 Saxca pila dehinc, prono impete monte soluta,
 Absq; manu traxit casum, euerseq; ruinas
 Explicuit statuæ, vasta se mole ferentis.
 Somnia iam docui: de fati, deq; suprema
 Regnorum serie nostram nunc accipe mentem.
 Tu caput es regnis quod cunctis prestat, vt aurum.
 Deterior surget mox atas: inclutus armis,
 Exuperansq; moras, & luce coruscus abena,
 Inde gubernaculis heros sine sorte subibit.
 Denique gens ortum tollet, crudeliter acres
 Contundens populos, ictu vt donat omnia ferrum.
 Immensumq; petens orbem insignire trophæis.
 Hæc dum frena reget, prolem Iesseia partu
 Virgo dabit, toties optatum: ponderis illa
 Haud ignara mali, miseris succurrere discet.
 At vbi postremo voluentur sidera lapsu
 Vires imperij fractæ, neque fœdere iunctæ
 Fata resistendo querent sua vincere, donec

AUREA

Aurea gens, sacro per terras condita Verbo,
 Regna capebat ouans, quæ nullo sine tenentur.
 Hæc ubi fatus erat: subito fragor actus ab ortu
 Augurium dedit: ac rata condidit omina nutu
 Arbitræ ætherius, tremefactis fulmine terris.
 Corripit è folio se latus, humumq; Tyrannus
 Ore petit, superosq; affatur, & omen adorat.
 Mox Vatem accumulât donis: simul atria luxu
 Instruit, & celebrem templis indicit honorem.
 Isacidaeq; nepos adijt magis æthera fama,
 Et Christi vltærius ditionem protulit exul:
 Quam cum res patriæ, Solymaq; arx alta maneret.
 Eiq; malis Numen bene sepe extundere nouit.
 Sic igitur responsa Dei, monitusq; silenti
 Noctæ datos hominum, pia cœlestiumq; potestas
 Noluit ore premi Vatis: sed nisi in æuum
 Talia fama memor, curas vt soluere corde
 Christigenæ scirent, nec eos sententia posset
 Fallere. Quin etiam rem signis abdit eandem
 Pluribus, vt finis certi, ambagesq; resoluit:
 Sollicitosq; ora cœla iubet Danielis adire,
 Cui certa ambrosia portabant somnia noctes,
 Incubere fretis rupto vndiq; turbine venti,
 Tollere certantes molem: & diuersa subinde,
 Bestia turbatis gressum quater extulit vndis.
 Curua dabat primum leo sese in littora iactu,
 Horrificis geminas quatiens clangoribus alas:
 Iudebantq; iube truculenta per ora, per armos.

Sed

Sed pennis hominem deum induit ille reuulsis.
 Tergemino in præda figit mox ordine dentes,
 Et morsus auibus exercet faucibus vsus.
 Quattuor hinc pardus mouet alas, viribus audax :
 Quadrupliciq; caput ceruice in prælia tollit :
 Succendens inijt fera pugnas deniq; ferreïs
 Dentibus infrændens, ac dena in cornua surgens,
 Insultansq; solo pedibus, spargensq; cruorem.
 At dum celsa ferox irasci in cornua tentat ;
 Se nascendo, tribus detractis, subiicit vnum,
 Luminà torua gerens, & linguam indigna sonantem,
 Incutiensq; pijs crebro bella, horrida bella.
 Vulneribus tandem vitam dispergit in auras,
 Dum facit arbitrium de crimine Natus & ausis,
 Terribili circum flammaram fusus amictu :
 Iudiciumq; vocat dextræ Genitoris inherens.
 Sic etiam ventis aries duo cornua iactans
 Corpore strauit humum, nec se collegit in arma :
 Nam rapidus cursum dedit hircus in arietis ora,
 Cornu insigne gerens : quo demto, in prælia fronte
 Incurrit, telis inimica petente quaternis.
 Nec donum in terris, nec in æthere maius habemus,
 Quàm Deus ipse pijs quoddam sese impendere gaudet.
 Et bonus, & sapiens, & iustus, & vsq; beatus :
 Quodq; hic concilium sibi cogit vera monendo,
 Nosq; beni in partem summi, eterniq; vocando.
 Muneris vt verò tribuendi copia detur ;
 Agminis in curam socij consurgit alendi.

Composuit

Composuit sparsam per montes, aruaq; gentem,
 Atque dedit leges, & foedera ciuica sanxit,
 Et sedem statuit sacris, murosq; locauit.
 Extruxit gradibus solum sublimibus idem
 Aeterno ex adamante, faces, sonitumq; metumq;
 Egregio miscens operi, terroris & iras:
 Praemiaq; hinc, Paenas illinc consistere iussit:
 Et Maiestatem, caeli de semine cretam,
 Imposuit, varijsq; instructe fortiter armis
 Sceptra, & frena dedit, quis sedula temperet orbem.
 Desuper at latum patula nemus imminet vmbra,
 Et cuncta hospitij inuitat, opesq; rependit.
 Diffundens per humum triplici de sanguine gentem,
 Luce ante cepit agrisposito discernere litem
 Vitifator No. 3; vacui spes altera mundi:
 Cui populi nomen Iani fecere bifrontis,
 Incola quod veteris mundi ipse, nouiq; fuisset.
 Hic de stirpe Chami regem, regumq; parentem
 Ante alios terra Babylonide vidit habenas
 Accipere, & primos Nimrodum attollere fascis:
 Qui, donata sibi diuinitus, arma capeffens
 Imperia in populos exercuit, atque rebelles,
 Criminaq; ad paenam pro libertate vocauit,
 Et templa instituit, fundauitq; oppida lege.
 Talem Venator se fert, cursuq; manuq;
 Spicula contendens arcu, & venabula crissans
 Seu ceruus trepidis transmittat cursibus arua,
 Sive animos tollat leo contra, aut fulmineus sus.

Vera

Verit at hoc secum regno omnia Sardanapalus,
 Tempora cuncta fouens luxu, Idaliæq; cubili.
 Ille caput flammis permisit, ouantibus arces
 Septem ac triginta post reges, quando vigore
 Mille, & tercentum Chaldaea expleuerat orbes.

Hinc Niniue cepit virtutem extendere factis,
 Assyriam rapiens aciem Babylonis in hostem:
 Qui cespit ferro, & manibus prætendit oliuas.
 Ductoresq; nouem dititione vtramque prementes
 Urbem, & firmantes sociatis robora sceptris
 AEquarunt animos cælo. caput extulit altè
 Præcipue belli Nebonassar viribus acer:
 Qui decus inuicti gessit sublime Monarchæ:
 Qui Pelusiæcis immiserat arcibus antè
 Exitium, annuerat postquam victoria Martem:
 Qui reges, Ammone satos, in vincla petiuit;
 Quiq; iugo pressit pharetrati regna Moabi:
 Qui contra Abramidas, & moenia nubibus aqua
 Ferro, igniq; tulit felicem in prælia dextram,
 Et prædas auertit ouans, pœnasq; poposcit.
 Hunc Deus in sese descendere, seq; cœggit
 Nosse, quòd esset homo: nam septem exemit is annos
 Per nemus errando sine mente, & vincla ferendo;
 Solariq; famem quæsiuit cespitè, donec
 Reddita mens hausit cœlum, flatusq; remisit.
 Rege sub hoc Eos simul ortum inducere visa
 Lumine cœlesti, Patris alta è luce profecto.
 Hic caput est statuae, cristæ, auroq; superbum;

Hic est ille leo, duplici qui verberat auras
 Remigio alarum, ventosq; ruendo lacepsit,
 Assyria, & Babylonis opes sub imagine signans:
 Quiq; hominis vultus erectus ad aethera tollit.

Sed velut egregiam Nebonassar terminat astris
 Imperij famam: sic secum funere mergit
 Cuncta nepos, qui dum media sub nocte sacros
 Crateras statuit secure, & vina coronat:
 Mist in imperium Medos, Persasq; iubente
 Euphrates lapsus per muros hoste moratus.
 Res igitur soceri Darij, & Meda sequutus
 Arma, pedem Cyrus superato ex hoste reportat:
 Cuius amicitiae Medorum regia cessit.
 Maximus ille fuit, belliq; asperrimus arte
 Inter bis quinos: qui Persica frena regebant,
 Donec secula citis duo Sol decurreret horis.
 Translata Assyrijs Moderaminis arbor ab aruis,
 Et subito nudata comas, fulgentiaq; auro
 Brachia, sublato se vertice, credit in auras
 Persidis, argentiq; trahit sub fronde colorem:
 Miraturq; novos ramos, ignotaq; poma,
 Quod non auricomis crepiter sibi bractea foetu
 Amplius, & solito frondescat virga metallo.
 Dumq; arbor valida sese radice tenebat:
 Rex nemoris simul visus erat, ter dente tremendus:
 Namq; ter ante alios ista potentia reges
 Persidos, Assueri Babylona reposcere foedus
 Aggressi, Corisq; Artastastaeq; sub armis:

Qui

Qui cū iura domi placidus daret, inter Achivos
 Prælia Marte tumens Xerxes miscebat iniquo.
 Incubuit satis tunc Persa vrgentibus vltro,
 Fastus vbi suasit peregrina laceffere bella.

Tandemq̄ AEmathijs visus deicit ora capistris,
 Vltimus à socijs postquam in victoris honorem
 Aureis compedibus rex vinculus, & ense peritus
 Cognati, in currum diffudit sanguine vitam.
 Letheas pariter vultum demisit in vnda
 Persica Luxuries, auro, gemmisq̄, corusca
 Nocturnoq̄ trahens vestigia languida Baccho,
 Et Veneri indulgens sine lege, & pinguis amomo.
 Limina sic Asiæ rursus mutare coactum
 Exilio regale nemus, mandare Pelasgis
 Radicem meditatatur agris: sed abenea forti
 Ecce solo natura subest, & poma subinde
 Degenerant, cultus argenti oblita priores.
 Quattuor hic superans cervicibus, actaq̄, penus
 Arma mouet Panthera, truciq̄, obit omnia visu,
 Telaq̄, nunc oculis vigilantibus exit, & ictus,
 Motu elapsa leui; nunc pectore tendit in hostem:
 Nec furor, incendens vires, excedere pugna
 Hanc patitur, virtus coeat licet omnis in vnum,
 Que glomerare manum & clamore incumbere pergat.
 Verum vbi sparsit humi Lenæos fraude liquores
 Orpbitus, atq̄, seræ notas odor attulit auras;
 Illa, meri quæ ducit odor vestigia torquens.

Dispositio per iter spumantia traxit Iaccho
 Faucibus immodicis carchesia: corpora deinde
 Securam in Venerem soluit, duxitq; soporem,
 Post carecta latens. mox occupat ergo catenis
 Tergæ resoluentem somno, vinoq; sepultam
 Venator, canibus, iaculisq; frequentibus instans.
 Namq; pedum motu melior, fretusq; iuuenta,
 Et prestans animi, nec non virtutibus ingens,
 Summa ad regna viam remis, velisq; petiuit
 Magnus Alexander, patre digna propago celebri:
 Impatiensq; moræ iuga sub victricia misit
 Auroram imperijs gravidam, belloq; frementem:
 Nec metuit data fata sequi, sortemq; potenti
 Europæ, atq; Asiæ populo committere dextram.
 Vulnera direxit nunquam fallacia neruo:
 Nunquam membra tulit cursu, quin presserit hastis
 Palantes: nullum consurgere visus in enses,
 Per latus aduerso quem non exegerit hosti:
 Vrbisq; suam portis valuit spes nuda tueri
 Obiectis, quoties cuneum dare castra iubebat.
 Quæ Phæbo & virtute carent, perisse putabat:
 Castus erat, patiens fortuna, iuris auarus,
 Sobrius, oranti facilis, bonus auctor habendis
 Consilij, pietatis amans, & ad ardua promtus.
 Non modò diuitijs prestare, sed artibus vna,
 Summi duxit opus regis; grandiq; Poëtas
 Affecit precio, fouitq; Heliconis amorem.

Exitio



Exitio Thebas cum sterneret, ipse penatas
 Pindaricos sorti bellorum exemit acerba:
 Maonidæq; libris caput insuperabile fultus,
 Carpere gaudebat somnos, & fallere noctem:
 Quo duce grata dies, & nox fuit vsq; sopora.
 Degeneres animos mens arguit aspera in artes:
 Sed nactus Babylonis opes, titubantia presso
 Ille solo haud tenuit vestigia: quippe Lyæo
 Et Venere, & nimio contraxit damna tumore
 Pectoris, ac diuim tribui sibi iussit honorem:
 Oblitusq; sui decoris, captusq; furore,
 Crudeli fidei gladio latus hausit amicus.
 Et fata vndenas sibi post trieteridas ipse
 Ante diem inclusit, dum nox madet omnis Tacchæ.
 Morte obita, vires instar Cyclopi habebant,
 Cui Laërtiades terebrauit stipite lumen.
 Ac sorte imperium traxerunt deinde tyranni
 Quattuor, edentes per vulnera mutua cadem:
 Et locus huic Asia, Nili huic locus exijt vrna,
 Huic Syria, huic terra Danai de nomine dicta.
 At quam te memorem fera, denis cornibus ingens,
 Quæ pede profubigis terram, & das prælia passim
 Dentibus, armatis inuicti robore ferri?
 Romulidum & regni truculenti insignia nosco:
 Maxima quod duxit diuersas bella per oras:
 Quod concussit equos civili Marte frequentes:
 Quod dare te vitam per vulnera, Chryste, coëgit:

Hebraeas quod opes & lamentabile regnum
 Eruit, excidioq; dedit; stragemq; ciebat
 Inter Christicolae, confundens caedis aceruos.
 Ferrea cura Viri, qui se nocturnus agebat,
 Quoslibet opperiuunt hostes, ac mole sua stant:
 Et patuit domitis Romana potentia terris
 Solis ab Hesperijs ad Eoa cubilibus arua.
 Iussa pati vidit rerum pulcherrima Roma
 Florentes Asiae populos; & Aethioidos vrbes;
 Et Libyaes sitientis agros; Syriaeq; colonos;
 Alpinasq; plagas; & decedentis Iberum
 Titanis thalamum; & septemplicis ostia Nili;
 Quodq; mare Italiam supra quodq; alluit infra;
 Et, longe Oceanus quos diuidit orbe, Britanos;
 Et notos validis super aethera Teutonas armis,
 Cunctaq; per terras consinia, cuncta per aquor.
 Principio Tyberim septem parere videbant
 Regibus at pulsas, Bruto cessere secures,
 Consulibus & fascis tractandi: & quina duobus
 Consulibus regni duxerunt secula sortem:
 Imperij donec curam, o Auguste, Quirites
 Transmisere tibi, cineres, ter Caesaris vltro:
 Impius in noctem cui lamina condidit ictus,
 Dum strinxit gladios Pompeij in vulnera templum.
 Laudibus egregijs Romae haud certauerit vlla
 Aetas vel regio: spolijs hic diues opimis

Incre-

Increpuit clypeo Mauors; hinc illius arma
 Hinc currus fuit, ere gemens, aterq; cruore:
 Hinc Musæ coluere domos, & leta coronis
 Impedit crinem Virtus: hinc iura dederunt
 Nada Fides, & cana Themis: tum copia fudit.
 Maxima ruris opes, & gazam, aurig; talenta.
 Sol quoq; Iusticiæ roseo prospexit ab ortu,
 Exhibuitq; hominem Numen, cum Roma vigeret.

At verò, potuit quæ virtus summa per orbem
 Esse, fuit: membris truncatum, & vulnere passum
 Incidit ad terram duplicato poplite corpus
 Imperij: rursusq; attollere nescit in agrum
 Se femur. abrumpunt socij fas omne regressi,
 Ut nequeant vires in pristina deinde redire:
 Et sua quisq; capit certo moderamina tractu,
 Securus procerum regni (quod vidit vbiq;
 Dicere Sol pacis leges) nec foedera seruans.
 Cuncta quibus rerum iaceant perculsa ruinis:
 Utq; Deus sceptris addat vim, detrahat idem;
 Ante oculos, interq; manus sunt omnia nostras.
 Fictilis hoc monuit nimirum, & ferreus vna
 Pes statuae, in digitos scissus non viribus equos.
 Præterea grauius quiddam ecce, magisq; tremendum
 Obijctur regnis: mihi quæ dum stringit imago
 Pectora, corde traho gemitum, dolor osibus ardet,
 Pertentatq; tremor membra & formidine soluit.
 Ictibus inter se tendunt decernere quartæ

Cornua quadrupedis spirantis naribus ignem:
 Quæ, tribus euulsis, cornu in certamina poscit
 Terrorem ingeminans, & natum in fronte repente:
 Monstrum horrendū, informe, vncū, haud cui lumē a -
 Quodq; micat linguis, fœdantibus omnia felle. (demtū. 5
 Thracius hostis enim, Ferræ de stirpe creatus,
 Acer equo, iaculis insignis, & arduus hasta,
 Vndiq; signa pijs mouet, ipsaq; territat astra.
 Nec dextra armigeræ sors absuit: Ocius Eos
 Aspiciens Asia ditionem, & sanguine ducti
 Graiungentū, locuplesq; accepit frena Canopus
 Turcica: ceu cornu tria cornua fronte reuulsit.
 Consedere graui tot regna, tot oppida luctu:
 Et ferro exigui crimen commune refellunt.
 Corda pauor sternit, dum latro per arua, per vndas
 Increpat iste minas telis, Martemq; fatigat
 Vndiq; dum iactat digna, atq; indigna relatu.
 Huic aliquid semper, nos contra, inuadere magna
 Mens agit at; crebro præda impia cura recurfat;
 AEuum agreste terit ferro; quatit oppida bello,
 Agmen agens Stygis ac turpes in prælia diuos;
 Et per mille neces animas expellere telis
 Christiadis studet; atq; probris incessit Iesum.
 Si modo Germanos vincat, nihil abfore credit,
 Quin orbem totum sub leges deniq; mittat.
 Sed non ferre videt demens sua gaudia ventos.
 Totæ quidem incursum Turcæ Germania cunctis

Haud

Haud penitus defendet agris: non attamen omnem
 Seruitio premet hostis humum, nec frena tenentes.
 Teutonia vinculis submittere colla videbit.
 Ventum ad supremum est, & ineluctabile fatum
 Regna docet quintum frustra affectare Monarcham.
 In sua fata ruet Thrax: regna at quarta manebunt,
 Donec se trepido iudex Deus afferet orbi,
 Et finem imperijs ponet: ruet omnia donec
 Impulsu Lapis, & sceptrum omnia pulvis habebit.
 Quem reor, ac, veri si mente quid auguror, opto
 Non procul esse diem: res Vatis dicta probauit
 Quelibet: euentus quod restat, id ergo sequetur.

Quis, verò poterit sat ferre hæc munera laude
 Quod Regni solium, quod Maiestatis habenas,
 Summaq; magnanimi transcripsit sceptrum Quirini
 Teutonico tandem Deus orbi, quodq; tot idem
 Germanos cumulat donis, tot honoribus auget?
 Religione potens vera Moderaminis arbor,
 Et radice vicens, nullosq; ignaua per annos,
 Hic ferro genus & pomis sua nomina seruat,
 Atq; comas nescit ventis, cæliq; ruina
 Panere. stat Deus hæc, umbramq;, nemusq; colentes
 Exitijs arcet, directum vulnus ut auræ
 Excipiant, irasq; attollat ut hostis inanes.
 Septemq; Otho Viros heroum e stirpe creandis
 Legit Caesaribus, ne res foret orba patronis,
 Neue quis auderet super hæc decernere ferro.

Agmina iungentes cum Cesare, totq; paternæ
 Illustres opibus ditioris, secula gratis
 Versibus indictos heroas nulla relinquent.
 Inter quos, veluti par est, felicibus vsq;
 Prosequimur votis Electoresq; Ducesq;
 Saxonie, & dignos super æthera laude vocamus.
 Fronde sub imperij, læta in inclytæ germina Ruta
 Intendunt viridi stirpem, ramosq; corona:
 Sacrorumq; Deam Ruta, Aonidesq;, Theminq;
 Floribus aspirans & amica amplectitur umbra:
 Ruta fugam colubris immittens, atq; veneno;
 Ruta colore nitens, nec inerti obnoxia brumæ;
 Ruta Ducum clypeis vsq;, impositura coronam
 Saxonie in regno, spectandaq; floris honore.

O æternæ Parens, ô Nate, ô ætheris Ardor,
 Vne, ac trine Deus; pietatis, & artis origo,
 Fons Sophiæ Themidisq; sator, Virtutis & auctor,
 Visq; boni; ad pœnas ô tarde, ad premia velox
 Arbiter; ô puppi conuulsæ portus, & aura:
 Sis bonus, ac placidus; facili pede comprime gressum,
 Teutoniæ in pœnas, ob crimina gentis, ituro.
 In nos culpa diem, noctemq; exercet amaram;
 Utq; iram minuas, rumpit cor ad astra querelas.
 Ut faciat terris Pax ocia longa, rogamus;
 Utq; fugam teneat sacrata impune carina
 Per mare nauisfragum, per cautes, perq; procellas;
 Purpureamq; animam vomat inter vt arma Tyrannus,

Qui

Qui regni ducibus vim diram, & vincula tendit,
 Et telis in eos, facibusq; accingitur atris
 Quiq; mouet simul arma tibi, pugnamq; laceffit.
 Flumine deducat pleno fons Aonis agmen
 Aeternum, & scatebris Heliconia temperet aruas
 Nec caput vlla pijs nox umbra inuoluat opaca.
 Vota cadent Zephyris haud talia: deq; tuenda
 Imperij Eunomia, de pacis honoribus alma,
 De Verbo, & studijs, te cura attinget in eum
 Inter Teutonicos. dabis, vi sit rebus honestum,
 Conueniens sacris, gratum tibi, quicquid agemus.



Bb 5 SEQVVN.

SEQUENTVR EPI-
CEDIA

in

OBITVM AVCTORIS
ab amicis composita.

DIDYMO SVO

Reddenda terra terra, Mens caelo, quibus
Vtrumque sumta: quod Didyme tibi contigit,
Parente digne, Musarum choris.
Periculis defuncte felix omnibus;
Felicior rediuuius olim, cum tuis,
Tibi qui suere carmen, Iacobo sato,
Ipsoq; CHRISTO, sempiternis seculis.

Adamus Siberus.

ALIVD.

Didyme Paule, iaces. Sic diua Sionias, astris
Debita, fatorum praepete lege rapit.
Se tuus ostendit terris tantum ardor Olympi;
Se tua & Aonio cura disertae regi.
Maturis impura frui sola foetibus, euo
Et sero canis non meruere tuis.

Vna

*Vna tamen superant monumenta atq; altera: Vatis
 Ingenui specimen qua sine fine dabunt.
 Vivent Iosephida: Meletemata posthuma vivent
 Per socerum vita non caritura sua.
 Namq; sit, vt vulgo sordescant talia: saltem
 Qui probet, e sanctis vnus & alter erit.
 Torga dedit cunas: tulit haec & iusta sepulcro:
 Immemor haec Vatis nec volet esse sui.
 Risores naeta pereant: tua nomina Musæ
 Salanae recolemt, Muldaidesq; tua.*

M. Martinus Hayneccius
 Bor. ad Muldam F.

ALVD.

Hoc situs est PAVLVS post fata suprema sepulcro
 DIDYMVS, ingenio clarus, & arte bonus.
 Magnus erat vates, maior, nisi stamina dextra
 Rupisset celeri Parca, futurus erat.
 Sed CHRISTO visum sic est, quo digna locutus
 Sat fuit: in caelo carmina plura canet.
 Interea sit pax cineri, sacraeq; Camæne
 Cultoris decorent tristia busta sui.

M. Iacobus Furmanus Grima
 Illustris Scholæ R.

E L E

ELEGIA FVNEBRIS.

TVm quoqꝫ cum sensus tardãtia membra traheret,
 Donec adhuc animus corporis hospes erat,
 AEthereas Didymus sedes superabat & astra,
 Concipiens animo nil nisi Sancta pio.
 Vis quia caelestis stimulos sub pectore vertit,
 Sicut & obscura noctis inesse nihil.
 Spiritus & puro pertentans numine mentem
 Formavit linguam, finxit & ora, sacer.
 Hinc cecinit facies orientis tempore mundi
 Quae fuerit Verbo cuncta creante Dei.
 Vt nouus e tenui primordia ceperit orbis
 Principio: quali semine cretus homo.
 Vnde mali labes omnis, causeqꝫ malorum,
 Et rebus lapsis qui reparata Salus.
 Inqꝫ freti formam conuersis vndiqꝫ terris,
 Obrutus insani esset vt orbis aquis.
 Ausus in aeternos, superiorum numine spreto,
 Arma, giganteo robore, ferre domos;
 Vtqꝫ per immensas bis senis mensibus vndas,
 Acta, marina inter monstra, sic arca Nobis
 Ipse gubernator, cum clauo affixus adhesit,
 Filius aeterno de genitore Satus.
 Vt primum imperium fundatum, & legibus vrbes
 Nimrodam, robur, suppeditante DEO.

Vtq; loco fuerit transcripta Ecclesia certo,
 Iussa Palaestino credere sacra solo.
 Sed prius ærumnas inter, multosq; labores
 Ad Nili infaustas exul vt esset aquas:
 Quattuor & seclis (sic fata tulere) peractis,
 Regia Iudæa scepra teneret humo.
 Exceptura Deum, mortalia membra gerentem,
 Reddita quo nobis vindice nostra Salus.
 Qui superis homines miscet, cœloq; reponit,
 Et vera amissæ dona salutis habet.
 At, credo, superum nunc circumstante coronâ,
 Concinit humanis non imitanda sono.
 Namq; coruscantem manifesta in luce, coruscans
 Ipse nouo cernit latus honore DEVM.
 Plura quidem scripsit, tenebris latitantia, quondam
 Quæ tamen in clarum proferet hora diem.
 Ne pereant, sacerum par est curare, piùmq;
 Digna cedro, & templis carmina, digna DEO.
 Nos quibus interea, dederint dum fata, fruemur,
 Immemor autoris non erit ylla dies.
 Donec in illustri rursus iungamur Olympo,
 Miremurq; tuos, PAVLE, perennè modos.

M. Michael Boiemus
 Scholæ Torg. R.

E L E

ELEGIA FVNEBRIS
DE OBITU

VIRI CLARISSIMI
PAVLI DIDYMI
Torgensis,

AD AMPLISS. PRVDEN-
TIA, PIETATE OM-
nig. virtutum genere spe-
ctatissimos viros,

Dn. AMBROSIVM FRAN-
CVM QVAESTOREM, DIDYMI-
Socerum, ET Dn. GRËGORIVM HOR-
STIVM CONSVLEM TORGEN-
sem: eiusdem auunculum.

Viderat inuidia sator inclarescere vatis
Carminē Teutonia maxima regna noui.
Vatis, quem Nympha generatum Argelide Phœbus
Miserat ad docti clara theatra Sala.
Orsa immensa Ioue, quod plectra mouente, Thalia
Nouit ab antiquo commemorare chaos.

Nec

Nec mora Parcarum penetrata ferrea Natam
 Infausto properè mandat adire gradu.
 Si queat immites suadendo mouere Sorores,
 Ut rumpant celeri stamina ducta manu.
 Iamq̄, emensa viam funesti limina tecti
 Contigerat diro pallida Diua pede.
 En se concilio miscens in amabile lethum
 Postulat in vatis iura suprema caput.
 Nec fraudes impune ferat vulgasse Draconis,
 Et calcata IOV AE sub pede colla, necis;
 Assensere Deæ triplices, & stamine rupto,
 In vatis letho iura dedere caput.
 Diua sui compos voti, decreta Sororum
 Saeva trium, abscedens dat per agenda Necr.
 Illa phthisim properans mandat, tussimq̄, febrimq̄, 3
 Terminaq̄, & morbi se genus omne sequi.
 Ast hanc prospiciens cum pestifero comitatu
 Vranie doctos vatis adire lares:
 Mæstâ nouenarum vocat hoc in sorte Sororum
 Auxilia, & clarj numinis orat opem.
 Sed nihil auxilium Phæbi nil fida sororum
 Vota valent, varijs vota iterata modis.
 Turba necem comitata, sacra Musisq̄, Deoq̄
 Inuadunt morbi per genus omne caput.
 In laudes arguta Dei mox pleetra quiescunt,
 Et iam fila silent orbi canore lyre.
 Ipse etiam Phæbi peragens mandata Machaon
 Omnem pœonia sucitat artis opem.

Sed

Sed licet & succis nil non exploret, & herbis,
 Pœoniæ morbi vi superantur opes.
 Ergo vbi nil actum, auxilium tentare supremum,
 Si qua velint precibus cedere fata, iuuat.
 Si quid mæsta parens, si quid patria inlyta, si quid
 Dura p̄i socieri fata mouere queant.
 Ergo suum vatem, patrium Sala mittit ad Albim,
 Prosequitur lacrymis & data vota p̄ijs.
 Sed nil fata retrò precibus conuertere, mater
 Mæsta, p̄i socieri, patria clara, queunt.
 Dumq̄, in progressu pergit crudescere morbus,
 Pallidulisq̄, errat Spiritus in labijs
 Omnipotens Pater, aeterno qui numine vitæ
 Tollere dona potest: reddere dona potest,
 Eripere ingratis tanti mortalibus vsu
 Vatis, & illius damna leuare parat.
 Aligeraq̄, sacrum mittit de gente ministrum,
 Mortiferum a laribus qui procul agmen agat.
 Hic animam vatis mortali labe solutam
 Transtulit in superæ regna beata domus.
 Et nunc ille D EVM nitidi nouus incolæ cœli
 Humana maior conditione canit.
 At tumulo Vranie tam cari corpus alumni
 Condit & hec posito marmore verba notat.

EPI

E P I T A P H I V M.

Mole sub hac Didymus situs est: Argelia vitam
 Cui dat, & in studijs semina prima bonis
 Artibus hunc auxit Mulda & Phyliræus Elister
 Leucoris at titulis, Iena Thyringa domo.
 Bis tribus addiderat lustris iam quattuor annos,
 Viderat & socij pignora trina Thori:
 Cum patriam rediens, morbis oppressus in urbem
 Clauderet in Christi fata suprema fide.
 Astra animam: libri ingenium: Germania famam:
 Laudem posteritas: hic tenet ossa locus.

M. Iohannes VVanckelius
 Kembergenfis.

P A V L I D I D Y M I P O -
 ãtæ egregij & pij laurea.

Quamvis Argelia abstulit tibi auras
 Vitales, Didyme erudite Paule,
 Que te luminis attulit sub auras:
 De te non tamen esse remur actum.
 Hec sunt nempe parata fata Vati.
 Sic Islebia protulit LVTHERVUM:
 Que terris etiam abstulit LVTHERVUM:

Cc

Cuius

Cuius dum graderis sequendo passus,
 Percurris stadiumꝑ circulare,
 Gnauus militiam gerens sacratam,
 Ac errore fidem tenens carentem,
 Pãram crimine Conscientiamꝑ,
 Est iam parta corona circularis,
 Vatum laurea scilicet corona,
 Illa, illa aurea Dauidis corona.
 Pulcris vndiqꝑ flosculis reuincta,
 Que marcescere in omne nescit euum:
 Vtqꝑ est annulus eius absqꝑ fine,
 Sic nullis ea finietur annis.

Nam quod corpus erat solo creatum,
 Sic corpus fuit in solum reuersum,
 Quodqꝑ argilla dedit recepit illa,
 At quod Spiritus est polo renatus,
 Hinc & Spiritus in polos recessit.
 Finis principio ecce quãdã coheret.

Certi ergo sumus esse post futurum,
 Vt surgas redensqꝑ mox in orbem,
 Orbem currere quem datur beatis:
 Quamuis Argelia abstulit tibi auras
 Vitales Didyme erudite PAVLE,
 Que te luminis attulit sub auras.

Balthasar Crusius:

EPIT A-

EPITAPHIVM, QVOD
ipse DIDYMVS paulò ante obitum in
presentia viri Reuerendi ac sincera pietate,
doctrina & virtute praestantis. Dn. M.
HIERONYMI NYMMANNI, Tor-
ga Archidiaconi fidelis, recitauit,
& voluit, vt hoc tumuli sui
esset inscriptio.

Situs hîc est M. PAVLVS DI-
 DYMVS, Professor Ienensis publi-
 cus; qui, postquam militauit bo-
 nam militiam, retinens FIDEM &
 bonam conscientiam, piè obdor-
 miuit in CHRISTO; & migravit in
 Academiam cœlestem, coràm au-
 diturus FILIVM DEI docentem
 & sacra mysteria, quorum hîc
 vmbra percipimus, reuelan-
 tem:

CC 2 CARA



CARMINE REDDITVM

à
GEORGIO BEVTHERO

Neuenbursiensi,

*Cuius etiam industria (sumtus suppedita
tante Dn. AMBROSIO FRANCO & c.
Didymi socero) hic pius Didymi labor
collectus in lucem prodijt.*


DIDYMVS hoc tumulo PAVLVVS, si scire viator
Præteriens quæris, versus in ossa iacet.
Quem turba audiuit quondam studiosa docentem
Ad Salam qua iam clara Lyceæ vigent.
Hic ubi cœlestis DVCTORIS signa secutus,
Præclara functus militia fuerat:
Inq; sua statione fidem studiumq; probavit,
Qui nostri nouit pectoris ima, DEO:
Occubuit placidè & vita hac terrisq; relicta,
Cœlestis subijt tecta beata scholæ:
In qua præcipue mysteria sacra docentis
Vnigenæ NATI pendet ab ore DEI:
Inter & Angelicos cœtus versatur, & inter
Felices manes gaudia Summa capit.

F I N I S.

Errata.

Prior numerus paginam, posterior
versum designat.

Pag. 2. 13. lege Ipse pedem primum trepidanti.
P. 3. versu antepenult. lege inter abenos. Vers. penult.
Ephraimadum. P. 8. 16. ostenditur. P. 17. 15. fecit.
P. 19. 17. alterum, struit, deleatur. 22. 22. auxili-
lij. P. 23. 7. Tum grad. P. 30. 13. erudit. P. 37.
2. afflatus Echid. &c. P. 41. 10. oculis. P. 44. 18.
navisfragum. P. 45. 1. curam. In eadem V. vlt. Viri-
bus aucta. P. 48. 24. nitentia. P. 49. 9. ferrum.
V. 24. venie. P. 52. 7. Vitifatoris. P. 53. 21. Isaiides.
P. 60. 22. petens. P. 74. 22. acrem. P. 82. 6. demo-
na. P. 91. 7. cateruam. P. 95. 19. intrate. P. 105.
11. torrem. P. 106. 11. concilium. P. 108. 15. lace-
rataq₃. P. 115. 2. regit orbis. P. 121. 22. habebat.
P. 127. 10. Paschate. P. 129. 4. muro. P. 130. 19.
Ac nihil. P. 132. 3. tectis succed. P. 133. 7. lenemo-
retur. P. 135. 1. Et ni. P. 156. V. penult. attollit.
P. 158. 23. effulgens. P. 172. 8. comiseræ. P. 173.
5. lyraq₃. P. 193. 6. Christi. Item 17. solent. 200.
3. delapsa. P. 204. in titulo lege, Christi. P. 207. 16.
quia. P. 210. 19. refulsit. P. 226. 19. lege vndiq₃
& vndiq₃ dignum. P. 230. 21. nodus amictum.



§

I

II

III

IV

V

VI

VII

VIII

IX

X

XI

XII

XIII

XIV

XV

XVI

XVII

XVIII

XIX

XX

XXI

XXII

XXIII

XXIV

XXV

XXVI

XXVII


XXVIII

XXIX

XXX







22 ¹⁸
/ k, 18

AB: 22 ¹⁸
/ k, 18

(x2201994)


nam Chriftianis quodlibet pro Confessione et
his istos articulos fidei quibus Cardin. y remiffi,
omni peccatorum pro Chriftum, et resurrectionem
carnis in Christo, et vitam eternam cum Christo.

22 ¹⁸
~~18~~

(220 1994)

56.





B.I.G.

Farbkarte #13

PAVEL DIDYMI
TORGENSIS
CARMINA SIONIA
SEV
MELETEMATA
EX EVANGELIIS DOMI
nicalibus heroico metro com
prehensa.

CVM PRÆFATIONE REVE
rendi Collegij Theologici in inçlyta
Academia VVitebergenſi.



VVITBERGÆ
Excudebat Matthæus VVeläck.

Anno M. D. LXXXV.

